

gregationem rediit: de quo Ricciul. ubi proxime,) quando à Sede Apostolica dispensatur, cedenti in insignia Episcopalia deferre non permittitur: c. Post translationem, de renunciat. nisi quod post habitus depositionem, & Crucem auream collo appendam in memoriam pristinae Dignitatis deferat, eo modo quo Ecclesia destructa, Crux ibi relinquatur infixâ, ut in memoriam pristinae religionis honor deferatur: sic & in personam Episcopi signari visum fuit: ut curiosè notavit Ricciul. d. c. 3. n. final.

135 Sed & in gratiam hujus Episcopi Virdun. hic apponere, volui quoddam responsum Venerabilis Cardinalis Bellarmini, quem dum Excellentissimus ille Princeps Episcopus Virdunensis Episcopatum summa cum laude administraret, consuleret, ob scrupulos quibus augebatur timens ne suæ obligationi satisfaceret, cupiensque propterea ne anime suæ detrimentum forte pateretur, cedere Episcopatu, & habitum Societatis Jesu assumere, ut ibi soli Deo, & sibi vacaret: Respondit ipsi Eminentiſſ. Cardinalis, quod ad acceptandum Episcopatu rectè timeret; (idque ipse Bellarminus expertum & exequutum fuisse reposuit dum ad Cardinalatus dignitatem, & ad Ecclesiam Capuanam promoveretur:) Verùm, diversam valde esse rationem dimittendi Episcopatum, vel acceptandi: quandoquidem primum, rationem haberet iusti timoris; secundum verò respicere poterat rationem commoditatis: idque exemplo Christi Domini explicavit, qui dum S. Petro Ecclesiæ suæ gubernacula tradidit, prius ter ipsum interrogavit, *Petre amas me?* cui cum Discipulus respondisset, *tu scis Domine, quia amate;* dixit, *Passes oves meas:* quasi ipsum prius in amore Dei & proximi radicaret: videat ergo (profectus fuit Bellarminus) ne ista voluntas dimittendi ministerium Episcopale ex defectu amoris Dei & proximi exciteret, sive ex aliqua ratione commoditatis, & amoris proprii, in effugiendo laborem administrationis Episcopatus procedat. Verùm cum postea S. Sedes Apostolica rationes Excellentissimi illius Principis Episcopi examinasset, re maturè discussa, ut decebat, illum à vinculo Ecclesiæ, qui præerat, absoluit; & Societatem ipsam ingredi ei permisit. Rationem hanc Bellarminus ipse sumperat à S. Bernardo sermone 12. in Cantica, ubi sic scribit: *Frates revearemur Episcopos; sed vereamur labores eorum: si labores pensemus, non affectabimus honores.* Si verò plura scire cupias exempla Sancto- rum, qui Episcopatus dignitatem reſergerunt, & alia in proposito? consule ea que diximus in vita S. Philippi Neri, lib. 2. c. 30. in principio.

138 An verò private Ecclesiæ sua Cathedralitate ex causa delicti superſtit aliqua spes reſtaurandi illum statum? Dicas quod non: nam sicut condemnata Civitate ad demolitionem murorum non possunt amplius edificari, non abſimili ratione Cathedralitas semel extincta, absque suæ Beatitudinis licentia fuscitari non potest; ut in terminis tenet Anch. in d. c. Felicitis, col. 3. notab. 7. & alii quos sequitur Gratian. discip. 179. n. 12. & sic semper remanere debent ruinae, ut dicatur sententia plenè satisfactum: estque verior opinio secundum Tiraquel. in l. si unquam, verb. susceperit liberos, n. 81. C. de revoc. donat. Grat. n. 15. ubi per totum illud caput doctè differt de condemnatione, sive causis damnandæ civitates ad aratrum, ita ratione atrocissimi criminis, necis videlicet Episcopi, vel aliorum supra enumeratorum, iterum spem habere non debet talis honoris: ut ipse ratiocinatur Gratianus, exemplum ponens in occidente Cardinalem ibi in principio.

141 Si verò scire desideres an Collegium Cardinalium possit Cathedralem suam privare Cathedralitate? Consule que nota reliquimus d. c. 3. quis Cathedralis Ecclesiæ erigere possit? ex n. 35. cum seq. n. 10. n. 53. ubi de omnibus aliis per totum illud caput differimus circa erectionem, quæ ad resolutionem hujus questionis conducant; siquidem erectio & privatio ejusdem sunt potestatis.

142 Unum tamen omitti non potest; quod Civitate privata Episcopo propter delictum, non extenditur pœna ad Duceſim, qua Prælati suo non privatur; imò in ea potest Episcopus quidquid antea in Civitate, & Duceſi exercebat: de quo latè videnda sunt, que diximus c. 4. an Eccle-

sia Cathedralis in quocumque loco erigi possint, ex numer. 139. cum seq. vide numer. 151. ubi nu. 149. decisum invenies quomodo punienda sit occisio Cardinalis, sive delictum commissum Romæ, dignum privatione Cathedralis: Cujus rei ratio ea est, quia Civitatis appellatio non venit Duceſis in actibus potissimum odiosis; Coccius dec. 129. nu. 2. plures apud Barbos. de appellat. verb. utriusque var. appellat. verb. Civitas, n. 7.

An verò ablata Cathedra ob delictum privatione dignum, remaneat Civitas? vide que diximus supra c. 4. an in quocumque loco possint erigi Cathedralis ex n. 134. cum seq. Barb. de appellat. utriusque var. verb. appellat. verbo Civitas, n. 6. ubi affirmatè respondit.

Sed præter causas privandi Ecclesiæ sua Cathedralitate, quas superius tam lato calamo recensuimus, aliam usque adeo à Doctores non excogitavit sed verissimam invenio, quando videlicet est periculum destructionis Ecclesiæ, vel magni scandali & periculosi in spiritualibus & temporalibus, tunc enim sicut Episcopus compelli potest ad cedendum Episcopatu ratione publicæ utilitatis, ex Innocentio in c. Nisi cum pridem, de renunt. quod dictum singulare appellat Ancharan. super Clement. ad tit. de elect. fol. 51. colum. 2. ad medium, item, la prima, s. ff. de Prætor. stipul. l. damni, item, la prima, s. ff. de damn. infect. l. 1. C. de action. & obligat. & de aliis exemplis vide eundem Ancharanum loc. cit.

CAPUT X.

De Variis dubiis quæ in erectione novarum Cathedralium offerri possunt.

SUMMARIVM.

Erectio sive Vnio Cathedralis absque consensu alicuius an valeat, 1.

Stante legitima causa, absque consensu eius cui præiudicium inferitur, erigitur Cathedralis, 2. 4. 16. & seq.

Nova Parochia ex quibus causis erigatur, 3. 15.

Absurdum quod sequeretur si absque consensu alicuius nova Cathedralis erigi non possit, 5.

Stante legitima causa idem operator consensus quod obligatio consentiendi, 6. 8. 14.

Citatio in Principe supremo quando non requiratur, 7.

Proximo existente in extrema necessitate, quare licitum est ei assumere sibi aliquid, quo extreme indigentia subveniat, 8.

Filius familias, vel uxor, quo casu ex bonis patris, vel mariti elemosynam possunt dare? & quid de Religioſo? 9.

Monasterium quo casu in alio loco quam ubi mandavit testator adificandum est, 10.

Beneplacitum Pape in erectione Cathedralium omnia supplet, 11.

Secus autem in Episcopo, 12.

Episcopus non potest unire Ecclesiam contradicente Rectore, 13.

Contra 22. 57.

Papa pius voluntates potest mutare, 14.

Invito Rectore quibus ex causis nova Parochia erigenda, 15. 57.

Sectio beneficiorum quo casu permittatur, 17.

Ex causa licet, quod absque ea prohiberetur, 18.

Dismembratio quomodo prohiberetur, 19.

Alia Concilij Tronensis 4. an sint approbata à Rom. Pontifice, 20.

Tex. in c. Majoribus; de præbend. latè expenditur, ibid.

Divisus Episcopatus, divisione nondum effectuatâ, non potest duobus conferri, 21.

Ex causa necessaria certissime potest fieri divisio, 23.

Idem ex causa rationabilis & iusta, 24.

Nova Cathedralis an erigi possit nulla existente causa, 25. & seq. 79. & seq.

Papa an sine causa potest dividere Duceſim, 26. c. In multis, 16. q. 1. interpretatur, 27.

Privilegio extante quod Episcopatus non possit dividi absque consensu illorum quorum interest, id servandum est, 28.

Delegatus Papa an possit invito aliquo Cathedralam novam erigere, 29.

Vicario Sedis Apostolicæ maior honor debetur quam Vicario Episcopi, 30.

Legem nemo sibi imponere potest à qua recedere sibi non liceat, 31.

Imperare sibi nemo potest, ibid.

Pontifex quare autoritatem Successorum suorum sua constitutione limitare non possit, 32.

Reitor quando pro Episcopo sumatur, 33.

c. In multis, 16. q. 1. interpretatur, ibid. & seq.

Papa qua ratione consensus Episcoporum in divisione Cathedralis expectare non tenetur, 34.

c. Cum ad monasterium, de vita & honest. Cleric. expenditur, 35.

Abbas non potest dispensare cum Monacho super proprietate bonorum, 36.

Papam non posse indulgere proprietatem bonorum Monacho, quomodo intelligatur, 37.

Repugnantia non possunt simul convenire, 38.

L. si testamentum 10. C. de testam. interpretatur, 39.

Testamentum quo casu ex rescripto Principis rescindi potest, ibid.

Ex imperfecto testamento nec hereditatem nec legata ipse Princeps capere potest, 40.

Princeps nullam habet potestatem in auferendo alicui bona, que eius privato competat, 41.

Legitima voluntas non pertinet ad arbitrium alicuius, 42.

Dominium universale Ecclesiæ Papa competit, 43.

Papa non potest disponere absque causa contra testatoris voluntatem, & quæ ratione, 44.

Iuri patronatus potest Papa derogare, 45.

Decime, & omnes fructus Ecclesiastici independenter sunt in dominio Pape, 46.

Donare licet, cui non permittitur promittere, 47.

Consuetudo & usus multum operantur circa potestatem, 48.

Princeps supremus an possit iuri Tertii derogare, 49. & seq.

Libertas testandi est de iure naturali, solemnitates de iure Civili, 50.

Papa quare uni possit dare, & ab alio tollere de bonis Ecclesiæ, 51.

Ius Tertii quare non obstat in hoc casu, 52.

Locus subiectus inferiori erectus in Cathedralam transit in potestatem Episcopi, 53.

Clauſula, sine præiudicio Iuris Tertii, intelligitur in his, que sui natura non præiudicant, 54.

Ordinarius quare conqueri non potest quando Papa confert beneficia vacantia in mense ipsius Ordinarii, 55.

Nec Beneficiatus, cui à Papa beneficium auferatur, 56.

Patroni contradicendo quando non attendantur in conservatione sui iuris, 58.

Aſſensus Episcopi in erectione nova Cathedralis de urbanitate requiritur, 59.

Papa non solet erigere novas Cathedras, vel dismembrare absque consensu, & absque causa, 60.

Antiquus Episcopus habere non licebat absque consensu Metropolitanæ, 61.

Quando alteratur status universalis Ecclesiæ quid exigatur, 62.

Aliud est Regimen universale Ecclesiæ, aliud status universalis, 63.

Aliud removere ordinem Episcopalem, aliud bona unius Ecclesiæ alteri applicare, 64.

Ordinem Episcopalem auferre, ad statum universalem Ecclesiæ pertinet: bona unius Ecclesiæ alteri applicare, nequaquam, 65.

Si Papa non haberet plenam potestatem in erectione nove Cathedralis, absurda maxima sequerentur, & quæ? 66.

Iniustitia Superioris non tollit legis vinculum, sed permittit appellationem, vel supplicationem, 67.

A supremo Principe non datur recursus, 68.

Papa omnia potest solus absque consilio Cardinalium in Erectione, Vnionem, vel Dismembratione Cathedralium, 69.

S. Petrus non poterat sine causa aliquem ab Apostolatu depone- re, 70.

An Papa possint sine causa Episcopum transferre, 71.

Papa potest peccare erigendo, uniendo vel, dismembrando Cathedralam sine causa, sed factum valet, & quare? 72.

Apostoli licet subordinati S. Petro, parem cum ipso habebant potestatem, 73.

Episcopi Pastorale munus habent dependenter à Papa 74.

Dispensatio in lege propria, vel inferiori, sine causa, valida est, 75.

Papa dispensans sine causa, peccat venialiter, 76. & seq.

Dominus alienans bona prodigaliter, peccat, sed transferri dominium, 77.

Absolutio à censuris data sine causa ab ipso proferente, valida est, 78.

Cap. Cum omnes, de constit. interpretatur, 79.

Inferior quando in lege Superioris possit dispensare, ibid.

Papa an peccet erigendo novam Cathedralam sine causa, 80. & seq.

Eximere aliquem à lege per viam dispensationis sine causa, non est peccatum mortale, 81.

Lex quando à Legislatoris pendat potestate, ibid. & 82.

Gratia transiens in contrarium non potest abrogari sine causa, 83.

Erectiones novarum Cathedralium Romani Pontifices non solent facere sine causa, 84.

Præiudicium intelligitur de alio quam in Gratia expresso, 85.

Invito Patrono, iusta existente causa, an possit erigi nova Cathedralis, 86. & seq.

Collegiata potest erigi invito Patrono iusta causa existente, 87.

Parochia item invito Patrono potest erigi, iusta causa existente, 88.

Iusta existente causa potest Papa novam Cathedralam erigere, etiamsi populus non inſet: imò eo invito, 89.

Invitis quo casu datur Episcopus, 90.

Episcopus quare invitis, & non petentibus non sit dandus, 91.

Cap. Felix, 16. q. 1. à quo Concilio sumptus fuerit, 92.

Voluntas Episcopi quomodo requiratur in nova Cathedralis erectione, ibid.

Irrequisito Rectore non potest fieri erectio: ipso verò requisito & contradicente absque iusta causa, fieri potest, 93.

Canones docentes novam non posse erigi Cathedralam absque consensu, interpretantur, 94.

Iusta existente causa Vnio fieri debet, & omnes consentire, tenentur, 95.

Superior item adiri potest ut compellat facere Vnionem, ibid. & 97.

Consentire obligatur hoc casu renuens, 96.

Anova erectione Cathedralis vel Parochialis non datur appellatio suspensiva, 97.

Iurisdictio Commissarii pro nova Cathedrali quando expiret, 98.

Iurisdictio expirat morte, secus in Gratia concernente bonum publicum, ibid. & 99.

Gratia nova Cathedralis non expirat, quando executio committitur, morte Pape, 100.

Mandatum circa executionem non expirat morte concedentis, 101.

Gratia quando dicatur facta, vel facienda, 102.

Commissario mortuo, & per miraculum resuscitato, an Gratia expiret, 103.

Morte civilis Iurisdictio suspenditur, 104.

Mortis naturalis & civilis differentia, 105.

contrarium vetus credamus. Unde mirum non est, quod respectu ipsorum aliquid fuerit particulare, quod hodie non sit prohibuitur Romanis Pontificibus respectu Episcoporum, cum Pastoralis munus omnes Episcopi habeant dependenter à Papa, ut docuit Suarez tom. 4. in 3. p. disp. 25. sect. 1. n. 10. & in terminis n. 11. cum seqq.

74 Quibus adiungitur vulgaris doctrina, sed Communis & vera, quæ docet dispensationem in lege propria, vel inferioris, sine iusta causa, validam esse; ea ratione quia lex pendet à voluntate ferentis, qui proinde eam tollere & relaxare potest: ut est Communis Doctorum in cap. *Que in Ecclesiis de Confit.* & docet Villalob. tomo 1. *Summ. tractatu 2. dub. 41. n. 5.* Suarez de leg. lib. 6. c. 19. n. 6. Basil. Pont. de Matrimonio lib. 8. cap. 14. n. 7. Plures apud Dianam resol. moral. tom. 1. tr. 10. resol. 32. quam Communem esse dicit, imò ipsum Summum Pontificem sine causa dispensantem, tantum peccare venialiter docet, seculo scandalo & damno Tertii, ex Laym. lib. 1. Theol. mor. tract. 4. c. 22. n. 13. & eo modo quo dominus prodigens propria bona, licet delinquit ex prodigalitate vitio, tamen verò transfert dominium; ita Pontifex tamquam in bonis propriis dispensat cum omnia à sua voluntate dependant: ut innumeris relatis probat Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 17. n. 24.

78 Et ex hac ratione inferunt, quod absolutio à Censura data sine causa à latore Censuræ, est valida; ex text. in c. *Venerabilis, 5. Sanè, de sent. excomm. in 6.* unde cum Cathedralium fuerit Romanus Pontifex, totaque ratio distribuendi & dividendi Dioceses pendat semper ab ipso, etiam sine causa facta diuino valida erit. Et ita hanc sententiam veterem iudicavit Basilius Pont. *suprà d. n. 7.* dicens, Contrarium, quam Vasquez tom. 2. in prima secunda disp. 178. c. 4. cum nonnullis Juris Interpretibus defendit, nulli niti efficaci fundamento, quia tantum probat dispensationem non esse licitam, non tamen non esse validam.

79 Nec obitat text. cap. *Cum omnes, de Confit.* ubi statuitur post factum statum; dispensationem absque iusta causa esse contra Jus Commune. Quia loquitur & intelligi debet de inferiori, qui in lege Superioris sine causa non potest dispensare: ex Communi, quam tradit Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 17. n. 4. At verò Romanus Pontifex cum sit Jure superior, in lege propria sine causa validè dispensat: ut absque dubio decidit tenendum ita esse idem Sanchez ubi proximo n. 27. Unde respondetur, allegata in contrarium respicere forum internum, ut dictum est; non verò forum externum.

80 Quare consonam prædictis questionem pertractare non erit abs re, utrum scilicet Pontifex peccet in tali erectione sine causa facta? In qua breviter dicendum est, plures existimare esse genere suo peccatum esse mortale: ut tradunt plures apud Covar. in 4. Decr. 2. p. c. 6. §. 9. n. 6. Suarez de leg. lib. 6. c. 18. n. 7. & alii apud Sanchez d. lib. 8. c. 18. n. 6. ea ratione quod res sit maximi momenti: Alii verò tantum esse Veniale censuerunt; inter quos Navar. & alii quos sequitur, probabiliorum dicens, Sanch. n. 7. nam eximere aliquem à lege per viam dispensationis, non est grave damnum, nec gravis inæqualitas, ut ad Mortale imputetur. Alii denique hanc secundam temperant sententiam, asserentes tunc esse peccatum mortale, quando ex dispensatione sequitur scandalum, vel grave damnum Tertii, quibus cessantibus non est res magni momenti, cum lex à Legislatore pendat voluntate: ita Layman in Theol. mor. lib. 1. tract. 4. c. 22. n. 15. Suarez de leg. lib. 6. c. 18. n. 19. Diana 1. 1. tract. 10. resol. 32. Thomas Sanch. *suprà n. 4.*

83 Sed hanc veterem sententiam temperandam esse credo, nisi Gratia de qua dispensatur, transeat in contractum, in commodum alterius: nam cum fuerit ex eo alteri justum, absque causa auferri non potest: ut notavit Sanchez cum pluribus d. lib. 8. disp. 17. num. 29. Sed hæc omnia gratia dispensationis sint dicta: cum Romani Pontifices nequaquam soleant hujusmodi erectiones absque causa rationabili concedere: ut notavit Mand. *tract. de signat. grat. verb. erectiones, vers. erectio non solet concedi.*

85 Verum totum hoc quod antea de præjudicio diximus, intelligendum est de alio quam in Gratia expresso: Oldra-

conf. 330. Rebut. in praxi, tit. novæ provisiones, numer. 6. Mandol. *tract. de signat. grat. verb. erectiones, vers. sine præjudicio.*

Majorem verò difficultatem continet illa questio, quæ necessariò ex dictis oritur, utrum scilicet existente iusta causa, invito Patrono, si Cathedralis iuris fuerit Patronatus, possit fieri erectio? In qua breviter concludo posse, si necessitas vel utilitas urgeat, quæ consistat puta in augmento cultus divini, per Collegium; ut puta quia forsitan in illo non erat Ecclesia Cathedralis quæ de facili adiri posset: ut in Episcopo circa Collegiatam tenuit Lamb. de *ur. Patron. lib. 3. q. 6. art. 1. n. 2.* & alii quos sequitur Monet. de *Comm. ult. volum. c. 11. ex n. 377. & 383. DD. in c. Nobis, de iur. patron. Garcia de benef. 12. p. c. 2. ex n. 305. per text. in c. Et temporis qualitas, juncto cap. seq. 16. q. 1. c. Expositio de præbend. c. 2. de relig. *adib.* Ad idem est optimus text. in c. 3. de *Eccles. adific.* ubi propter hæc causam nova Parochia erigitur invito Rectore, ut patet ibi: *Si vero persona Matricis Ecclesie virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire, in violominus facias idem opus ad perfectionem deduci.* Gloss. in cap. Nulli, verb. *constitui, 99. dist.* Ex quibus optimè deducit Lotter. de re benef. d. lib. 1. q. 11. n. 29. iusta causa præexistente posse summum Pontificem novam erigere Cathedralium, non solum si Populus instet, sed etiam si negligat, imò eo invito: ad quod probandum adducitur Gloss. *verb. rogaverunt, in c. In novo, 21. dist.* Quod probatur ex text. in c. *Nullus, 61. dist.* ubi invitus non esse dandum Episcopum, Celestinus Papa decrevit; nisi per negligentiam neminem elegerint: ecce quomodo iusta existente causa Pontifex facere potest, quod alias in præjudicium Tertii facere non licebat ex vi illius decreti: verum in hoc, maxima cum cautione procedendum est, ut nullus invitus & non petentibus ordinetur, ne Civitas Episcopum non operatum aut contemnat, aut odio habeat: ut dicebat text. in cap. finali, 63. dist.*

Nec quidquam obest text. in cap. *felix, 51. in ordine, 16. q. 1.* quem ex Concilio Carthage. I. sumptum esse constat, licet alii ex Selembitano: ut notavit Cresp. in *Sum. Eccles. disc. verb. Episcopatus, fol. 345.* ubi excrecente Populo, ejus voluntate in cuius potestate Diocesis est constituta, Episcopum habere debere constituitur: Nam respondetur voluntatem seu consensum Episcopi requiri debere; at verò iusta causa existente, si ipse consentire noluerit, erectio faciendâ est nihilominus, ex dispositione text. in *prælato cap. Ad audientiam 3. de Eccles. adific.* ita ut consensus requiratur ad justificationem causæ, ut in iustitia non irrogetur, non verò ut ejus injusta contradictio commune bonum & animarum salutem impedit possit; ita ut aliud sit fieri posse irrequisito Rectore seu Episcopo, quod non posse declaratum fuit in c. *multis Conciliis, in intro d. c. Felix, 16. q. 1.* aliud verò requisito, & sine iusta causa contradicente: per text. in d. c. *audientiam:* ut Magistratraliter distinguit Gloss. materiam explicans in d. c. *Nulli, verbo, constitui, 99. dist.* Similiter ex dictis interpretantur quamplurima Conciliorum decreta quæ idem præterant; ut videre est per decretum Concilii Carthage. 3. *can. 42.* quod refertur à Gratiano in d. c. *Multis,* & in Hipponeis *can. 32.* & Carthage. 3. *can. 46.* ubi legitur: *Ad vivimus constitutum ut Dioceses non mereantur Episcopos accipere, nisi cum consensu eius sub quo fuerint constituti, juxta interpretationem jam à nobis supra traditam.*

Quare iusta existente causa non solum Papa potest, verum etiam Episcopus tehetur unionem facere, & tam Episcopus quam Patronus cæterique ad quos consensum præstare spectat, tenentur consentire, & Superior per viam querele potest adiri qui Episcopum compellat, vel ipse pro eo consentiat: ut ex Lambert. de *ur. Patron. lib. 1. p. 2. q. 1. art. 20. an. 1.* usque ad 26. probat Monet. d. *tract. de Comm. ult. volum. c. 11. n. 170.* Imò si Patronus, Capitulum, vel ille ad quem spectat consentire, recuset consensum, compelli potest; ex eodem Moneta ubi proximo, n. 483.

Imò etiam Episcopus si unionem facere recuset, compellendus est: Garcia de benef. d. p. 12. cap. 2. ex n. 110. cum Rebuff. Cacial. & Perus. licet contrarium eo citato asserat Monet.

Monet. d. n. 483. qui malè Garciam intellexit, cum non reprobationem, sed probationem Petri de Perusio de *Union. cap. 10.* tamquam non veram. Quod adeo verum est, ut ab ista nova erectione non detur appellatio suspensiva; & ut in Parochiis docet text. in d. cap. *Ad audientiam, el primo,* cui adde latè Salgado de *procl. Reg. lib. 3. c. 5. n. 31.*

98 Dubitatur præterea quando Jurisdicção Commissarii novæ Cathedralis expiret: Et relatio casu mortis naturalis, aut civilis, re integra; quem tradidit Monet. de *Comm. ultim. vol. cap. 11. q. 8. num. 493.* & latius dixerat eodem *tract. cap. 8. ex n. 35.* ubi latè hoc disputat, per text. in cap. *Relatum, c. Gratium, cap. Licet unicus, de offic. Deleg.* Quæ doctrina fallit in erectione novarum Cathedralium: nam licet de Jure vera sit, tamen non habet locum in gratia concernente bonum publicum, quæ non expirat morte concedentis, etiam re integra; quæ censetur confirmari ex virtuali declaratione & concessionem Juris: ut pluribus resolvunt Menoch. de *arbitr. lib. 1. quest. 69. ex num. 8.* cum seqq. Malcard. de *probat. conc. 188. ex n. 5.* Gonzal. ad reg. 8. *Cancel. glof. 12. ex nu. 23.* Monet. d. cap. 18. n. 104. quare cum ob bonum publicum hæc semper erigantur Cathedralium, non expirat commissio nem re integra credendum est.

100 Imò non expirat certum est, quando Gratia facta fuit à Rom. Pontifice, executio verò tantum committitur: per text. in cap. *Si super gratia, de offic. Deleg. in 6. c. Si cui nulla, de præbend. eod. lib. ex eo quia non committitur Gratia faciendâ, nec est mandatum circa Gratiam, sed circa executionem: ut ex omnium opinione docet Sanch. de *Matrim. lib. 8. disp. 28. ex n. 76. cum seqq. & ex n. 93.* Suarez de *Leg. lib. 8. cap. 3. n. 11. 19.* dicens hunc esse terè communem Doctorum consensum: Monet. d. c. 8. n. 105. quando verò Gratia dicatur facta, vel faciendâ? vide Sanchez d. c. 28. n. 87. Monet. d. c. 8. ex n. 107.*

103 An verò expiret si Commissarius mortuus fuerit, & divino Miraculo resuscitet: vide eundem Monet. de *conf. cap. ult. q. 3. conf. 1.* ubi plures citat, & eundem de *commut. c. 8.*

104 n. 134. & 206. asserentem expirate: secus autem erit si mors fuerit civilis; veluti quia Episcopus Commissarius captus fuerit ab hostibus, vel aliqua alia causa civiliter mortuus fuerit; quo casu Jurisdicção suspenditur, taliter quod quosticumque redierit, eam iterum reassumet: ex latè adductis ab eodem Monet. de *comm. ult. vol. cap. 8. ex n. 157.* ubi rationem differentie assignat inter mortem naturalem & civilem; nam illa abstrulit fundamentum & potentiam Jurisdictionis per vitam, ista verò potentiam reliquit & Jurisdictionem saltem in habitu: videndus idem Monet. c. 111. n. 495. exemplo Excommunicati, cui Jurisdicção non auferretur, sed tantum suspenditur: cap. *Ad probandum, de re iudic. cap. 1. de offic. Vicar. in 6. cap. Si is cui de offic. Deleg. eod. lib. & Suspendi, per text. in cap. Quia diversitatem, de concess. præbend. c. unico, in princ. §. 1. ne Sede vacan. in 6.*

108 An verò de necessitate requiratur voluntas & postulatio Regis seu Principis secularis, & consensus Episcopi? Dic quod nequaquam: ut bene resolvunt Franc. Marc. *dec. 1122. n. 34. & 35.* Filelac. de *sacra Episc. Auctor. c. 7. §. 7. pag. 195.* Solorz. in *Polit. Ind. lib. 4. c. 5. verso mismo suppone.* Quo pacto intelligenda est doctrina Gloss. in *Extr. au. unic. verbo Exerimus, de offic. Deleg.* ubi postulationem Principis secularis, ad divisionem Episcopatum requirit, ut de congruentia intelligatur.

109 Unde etiam quaeri potest, utrum Principi seculari, propter ejus intercessionem Romano Pontifici porrigendam, pecunia possit offerri? Hæc questio non respectu Principis, sed respectu quorundam, qui novam Cathedralium in Regno Aragonum prætedebant, ab alia dismembrandam, exorta fuit. Nam cum magnam pecuniam quantitatem in mentem illis veniret supremo Principi offerre, si suam præstaret assensum, Procuratores Ecclesie Cathedralis antiquè clamare caperunt: & tandem materia disputata, & Doctorum Salmanticæ, Compluti, & Matriti fundamentis adhibitis, communi consensu decretum fuit illam pecuniam oblationem esse simoniacam, quorum fundamenta originaliter mihi transmissa fuerunt ab ipsa Ecclesia in qua cu-

stodiuntur: quare eidem sententia adherens, illam sequentibus mediis confirmabo.

Et primò, offerre pecuniam pro tali intercessione, non est licitum: ut tenet Navar. tom. 3. in *Comment. de dat. & pro. Molina to. 1. de iust. & iure tract. 2. disp. 92.* Bonac. tom. 3. disp. 2. q. 3. n. 31. Imò offerre pecuniam Petro, ut mihi beneficium obtineat, est simonia; ut probat Suarez de *Relig. lib. 4. cap. 26. nu. 27.* Et ita hanc opinionem tenet Vasquez quem sequitur Sanchez in *opus. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dub. 26. nu. 7.* Turrian. in *selecl. disput. conc. 2.* Censur. Theolog. *dub. 75.* Diana *res. mor. p. 4. tract. 4. ref. 151.* Et eodem modo simoniam committitur, qui pecuniam accipit pro intercessione in causa spirituali: c. *Præsentium, 1. q. 5.* Innocent. in *cap. Tuam, de stat. & qual. n. 2. in fine,* Soto de *iust. & iure, lib. 9. q. 7. art. 6.* Sylvest. *verbo, Simonia, q. 6. & 8.* Sanch. *suprà, dub. 26.* Suarez d. lib. 4. c. 40. n. 9. Bonac. tom. 1. disp. 1. de *simon. q. 1. §. 1. nu. 14.* Filluc. *tract. 45. cap. 9. n. 17.* secus autem esset, si pretium quod offerret, vel datur, esset pro labore, nisi illud excederet; quo casu ait Rodriguez in *Sum. tom. 4. cap. 133. n. 19.* esse peccatum injustitiam, non simoniam: vel non esset pactum cum ministro Superioris, sed intercessio remota, quod tamquam minus probabilè admittunt aliqui apud Dianam *dicta resolutione 151.*

Secundò expresse prohibetur à Bonifacio VIII. & renovatur à Gregor. XII. in *Clem. 1. de sent. excomm.* quæcumque promissio, sive quodcumque datum vel acceptum pro Gratia vel Justitia consequenda à Sede Apostolica; ergo nec licite potest offerri Principi, nec ipse potest acceptare: ita Navar. tom. 3. in *Comment. de datis & accep. pag. 229.* Virginius Boccacius *tract. de pac. 1. & 2. parte, Quaranta in Summa Bullary, §. Data & promissa, pag. 213.* Mol. tom. 1. de *iust. & iure, tract. 2. disput. 92. per totam, Farinac. in præf. Crim. q. 111. art. 13. n. 291. & seqq. Bonac. tom. 3. disp. 2. q. 3. puni. 31.*

Ex hac etiam ratione censuit Navarrus notab. n. 45. cum seqq. labem incurri simonia, quod difficultatis non caret, in Principe Temporalis: cuius Constitutio occasione, & horum DD. auctoritate notum Invidiosissimus & Catholicus Rex noster Philippus IV. nō solum reject pactum quod Civitas illa fecerat, per quod offerrebat undecim millia scutorum pro intercessione consecutionis novi Episcopatus, verum etiam infra quinquedecim diorum spatium, re delata Regi Catholico, præcepit, medium Comitæ de Castrillo, quod rescinderetur aliud pactum factum cum Religione Cisterciensii Monasteriorum Navarræ & Aragonie, circa unionem in illis Regnis, & reductionem. Abbatiarum ex statu perpetuo ad quadriennale: propter quod, & intercessionem Domini nostri Regis quinquedecim millia scutorum offerrebat; ideoque prædictus Comes scriptis de mandato Regis ut scripture rescinderentur, quod factum fuit, & Invidius semper Monarcha utilitari & commodo spirituali Monachorum proficiens, voluntariè annuit, & à Pontifice Maximo Gratiam obtinuit maxima cum edificatione totius regni.

Quod verè maxima cum ratione fuit provisum: ex quo enim Invidiosissimus semper noster Catholicus Rex, omnium Episcopatum Hispanie Patronus esse dignoscitur, majori cum ratione labes simoniae committeretur, cum Patronus non solum vendere beneficium nequeat, sed nec etiam actiones quæ ex se ordiuntur substantialiter ad illud consequendum absque simonia: ex Sanchez in *opere morali, d. lib. 2. c. 3. dub. 27.* Et hac ratione idem procedit in recipiente pecuniam pro presentatione: ut tenent Sanchez *proximè citatus,* Suarez *lib. 4. de Simonia, c. 28. n. 11.*

Ex qua ratione motus Afflicti in c. 1. de *seno Marchie,* quem sequitur Solorz. in *trac. de los derechos de placas honorarias, y libelados,* docent, non deberi honores nec privilegia Proceribus, qui titulos vel officia pecunia emerunt, & quod pro talibus reputari non debent, ex celebri text. in l. 1. & 2. *T. heod. de honorar. Codicill.* Ad idem Mastrilli de *Magis. lib. 1. c. 20. n. 30.* Hinc dicitur Doctores, Nobilem non censeri illum, qui nobilitatem emit; vel Doctorem, qui Doctoratus gradum pretio comparavit, prout est generale in omni Officio: l. *Vniversis, Cod. de Legat. lib. 10. Gratian. discept. 186. n. 88.* ubi latè

videre est per Barbatiam *conf. 23. vol. 1. Lucam de Penna in l. 1. C. de expensis ludorum lib. 11. ubi Joan. de Platea; Guilielmus Benedictus in cap. Raynutius ver. Reliqui. num. 19. de testam. Lara de Annuis. & Capellan. lib. 1. c. 14. a. n. 24. Marc. Ant. Genuei. in praxi. cap. 19. per totum. & prædicatorum questionum. q. 214. cum seq. Raudensis dec. 44. Moneta de Commut. ult. vol. c. 5. n. 334. latissimè Barb. in Passor. alleg. 83. per totam. Covarr. in c. T. na 17. de testam. n. 7. in fine. latè Carpius de executoribus testamentariis. lib. 3. cap. 4. a. n. 23. Si verò fuerit iusta & rationabilis, idem procedit ex Concilio. Trid. sess. 22. de reform. cap. 6. & sess. 25. cap. 4. & utrobique latissimè Barbosa in additionibus: Lara d. cap. 14. num. 35. cum seqq. qui omnino videndus est a num. 29. Lambertinus de Jure Patronatus lib. 3. quest. 6. principali. art. 1. num. 4.*

25. Consonum etiam superiori questionem erat disputare, an hæc erectiones possent fieri à Romano Pontifice etiam nulla existente causa, invitis Rectoribus? In qua verius credimus licere: nam ex dictis in principio factis constat amplissimam potestatem Summi Pontificis nullis cancellis coartari, totumque id ab ejus pendere voluntate in d. cap. 3. sup.

26. Nec obstat Gloss. in Can. Lege Imperatorum, verbo divisiones, distincti. 10. ubi docet, Papam ex causa posse invito Episcopo dividere Diocesim, sine causa verò nequaquam: quam sequi videntur Abbas in cap. T. na nobis, num. 12. de confirm. util. vel inutil. & in suis quest. quest. 1. n. 17. Felin. in cap. Que in Ecclesiis, n. 42. de constit. Navarr. de expof. Cleric. s. 3. n. 2. Alcedo in praxi Episc. c. 8. num. 46. & 47. Nam hoc totum falsum est quoad Papam; siquidem Gloss. illa & præfati DD. fundantur in text. in cap. In multis, 16. q. 1. ubi cavetur ut plebes, quæ in Diocesibus ab Episcopis retineantur, quæ Episcopos nunquam habuerunt, non nisi accedente voluntate Episcoporum à quibus tenentur, proprios accipiant Rectores: Ex quo conatur elicere, quod eorum voluntate cessante, Papa novam Cathedralē erigere non potest, nec Episcopatum dividere. Sed falluntur, nam illius textus dispositio sumpta est ex Concilio Africano c. 20. quod imperaverat privilegium à Romano Pontifice, ut de consensu Episcoporum liceret Diocesem dividere: & simile reperitur in Concilio Carthaginensi: unde potius hoc à facultate dependet Romani Pontificis quam ex defectu potestatis: ut bene notavit Gloss. in casus figuratiōne, quam sequitur Archid. ibi num. 3. Bellam. etiam n. 3. Lott. d. q. 11. n. 43.

29. Vel si hæc solutio divinatoria tibi videatur, cum in text. hoc cautum non reperitur, dicere poteris, quod ibi Papa per se erectiones non faciebat, sed tantum Concilio id permittebat: ut patet in text. quare cum totum hoc à voluntate Pontificis dependeat, nihil obstat quominus ipsi pro libito, Episcopis reluctātib; liceat: & quod ipsius Delegatus contra non liceat: major enim reverentia & potestas Summo Pastori debetur, & majorem potestatem retinere ipsum necesse est; ut semper honor Caput reservetur; nam major honor debetur de Jure Vicario Apostolico in Episcopatu posito à Romano Pontifice, Episcopo vivente, quam Vicario Generali ab ipso Episcopo dato: si enim non eligatur Vicarius à Sede Apostolica, non debetur idem honor: ut post alios prosequitur Tambur. de Jure Abba. tom. 1. disp. 17. q. 3. nu. 10. & de hoc latè Valenzuela *conf. 190. ex n. 41. Gratianus discept. 106. ex n. 29. cum seqq. & discept. 111. ex n. 61. cum seqq.* Unde congruè interpretari potest illius text. dispositio, ut procedat quando Ecclesiæ novæ eriguntur, vel Diocesem dismembrantur, vel secantur ex Delegatione Romani Pontificis; non verò quando per se ipsum gratiam concedit.

31. Confirmatur hæc solutio: nam nemo potest legem imponere à qua ipse Legislator recedere non possit, l. Si quis, in principio 22. ff. de legat. 3. l. 1. C. de sacros. Eccl. cum nemo sibi ipsi possit imperare, l. Prator, l. penult. ff. de Tutor. & Curat. dat. ab his: Sured. *conf. 132. num. 46. Cardin. Tusch. prædicator. cometul. lit. l. concl. 47.* Ergo à fortiori intelligendus est iste de aliis, non de Romano Pontifice: alias enim superior esset unus Pontifex suis Successoribus, si suis

constitutionibus eorum auctoritatem restringere possent: quam solutionem nequaquam inventi ita explicatam jam. senerint DD. in eo text. auctoritatem Papæ fuisse exceptam: ut advertit Lotter. dicto cap. 11. num. 43.

33. Similiter etiam interpretatur Concil. Africanum relatum in cap. Multis, 51. in ordine, 16. q. 1. ubi scribitur: *Multis locis hoc statutum est à ceteris Sacerdotibus, ut plebes que in Diocesibus ab Episcopis retineantur, quæ Episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate eius Episcopos, à quo tenentur, proprios accipiant Rectores: quos Episcopos esse notavit Gloss. ibi, verbo Rectores.* Nam hoc de voluntate regulata intelligendum est; cum alias Romanus Pontifex nunquam necessitatibus communibus Ecclesiæ providere valeat, si consensus irrationalis Episcoporum manus ipsius per voluntariam ligaret contradictionem. Eodem etiam pacto interpretandum est Concil. Hipponense can. 32. ubi idem statuitur. Quod etiam confirmatur ex dicto Concilio Carthag. 3. ubi can. 46. statuitur per hæc verba: *Advidimus, inquit, constitutum, ut Diocesem non mereantur Episcopos accipere, nisi cum consensu eius sub quo fuerint constituta.*

35. Eodem etiam modo interpretandus est difficilis text. in c. Cum ad monasterium 6. de stat. Monachor. ubi postquam vivendi rationem pro Monachis posuit Clemens III. in fine præcipit Abbati, ut cum Monachis non dispenset super habenda proprietate: ea ratione, quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa Regulæ Monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere: cujus text. dispositio mihi torquet Interpretes, qui plures adducunt solutiones; quibus relictis, quæ magis placet ea est, ut Pontifex non possit licentiam indulgere; id est non congruit potestati Pontificis esse licentiam concedere: ut voluit optima Glossa ibi, verbo *Abdicatio proprietatis*: quare verba illa non posse, intelligenda sunt ex modestia Romani Pontificis ad convincendum Abbatem in illo text. ne existimaret ipsum Monachis licentiam concedere posse adversus votum castitatis: ut voluit Covarr. in cap. 2. de testam. n. 11. quod potest confirmari ex his que in principio docuimus circa potestatem Principis supremi, & usum illius: *supra in d. c. 3.*

39. Similiter etiam nec obstat text. in l. Si testamentum 10. C. de testam. ubi perfectum testamentum ex rescripto Principis rescindi non potest: cui adde text. in l. 3. C. eodem: & l. Ex imperfecto 23. ff. de leg. 3. ubi ex imperfecto testamento Principem nec legata, nec hereditatem capere posse, nec debere decernitur: Nam valde diversum est totum hoc, cum respiciat dispositionem rei familiaris que ad singulos prout singulos spectat: quo casu Principes instat privati est, qui nullam habet potestatem; cum legitima voluntas non pertineat ad arbitrium alicuius privati: ut notant DD. in l. Voluntatis, C. de fideicom. Cenedo *quest. Canonicarum, 35. n. 12.* At verò in nostro casu agitur de dominio universali Ecclesiæ, quod ad Romanum Pontificem directè pertinet, & ejus distributio à Deo ipsi commissa est: unde stante legitima causa, non dicitur auferre, sed bona Ecclesiæ prudenter administrare.

44. Et ex hoc oritur illud quod communiter asserunt DD. videlicet Papam non posse dispenare de relictis piis sine causa contra testatorum voluntatem: *Clem. Quia contingit, de Religiosis domibus, Mantica de consuet. lib. 1. tit. 7. n. 18. Sarmiento de redditis Ecclesiis. 4. p. cap. 3. ex n. 1. circa finem, Cenedo supra, n. 12. ea ratione; nam in testamento, vel in Beneficis juris patronatus, quasi contrahitur cum voluntate instituentium, ideo absque ipsorum voluntate commutatio fieri non debet: l. penultima, §. finali, ff. de natalibus restituendis: l. 3. ff. de iure auroreum annulorum, Sarmiento supra, n. 1. in principio, licet si juri patronatus expresse derogaverit, valeat dispositio Papæ, quod si in peccaverit: ut verò Decime, & alie obventiones que de jure ad Ecclesiasticos spectant, omnes sunt independentes à contractu in dominio Romani Pontificis; ideo ab ejus libera dependent voluntate: ut supra probavimus. Nec novū est quod uni liceat in uno casu, quod in alio non licebit; cum Titio liberè liceat donare creditori, & tamen ex causa mutui ultra fortem*

non

non potest promittere: l. Si tibi decem, ff. de pact. l. rogasti, §. Si tibi decem, ff. si certum petatur.

48. Præterea in hac re multum deferri debet Consuetudini, que cum pro nostra opinione addit, non est cur in hac re præclara censetur dispensandi facultas, ut jus divinum omnino violari non videatur, quia consuetudine est determinatus dictorum bonorum usus: ut optime notavit Sarmiento d. c. 3. in fin.

49. Sed huic communi opinioni, quam verissimam semper judico, nec ab ea umquam recedendum censet, aliquid DD. contradicunt dicentes, neque Principem supremum posse derogare juri Tertii in quibuscumque dispositionibus, ut videre est per ea que tradit Pinellus in rub. de rescind. venditione p. 1. ex n. 18. ad cujus probationem adducunt text. in d. c. Cum ad monasterium, de statu Monachorum, cujus interpretacionem jam supra latè tradidimus. Insuper expendunt text. in l. Nec filia, ff. de natalibus restituendis, ubi dicitur injuriam fieri Patrono, vel ejus filio, si Princeps eis non consentientibus natalibus restituerit liberum, quia auferret ab eis jus Patronatus: cujus dispositio nostre questioni applicari non potest, cum nulla ibi causa reperitur: ut in simili respondit etiam ad text. in l. Legatum, ff. de admin. rer. ad Civit. pertin. Lucas de Penna ibid. n. 2. 3. & 4. Quia Principi supremo talis potestas attributa est in his que juri Naturali & Gentium non adverfantur, ut optime distinxit Covarr. l. 3. variarium, c. 6. n. 7. & 8. docens quod licet solemnitates testamentorum jure Civili sint instituta, ipsa tamen libertas testandi jure gentium & naturali hominibus competit: Et tamen in hoc casu quotiescumque commutatio fit ex causa publica, non tamen private utilitatis gratia, potest juri Tertii lædere; ut tradunt Abbas & alii in c. Que in Ecclesiis, de Constitutionibus.

51. Cujus ratio traditur à DD. in Clem. Quia contingit, de religiosis domibus, ubi legata pia prohibentur commutari salva quidem Sedis Apostolicæ auctoritate; ea ratione, nam cum administratio omnium bonorum Ecclesiæ sit attributa Romano Pontifici, ipseque sit Rector & Administrator ac Præses Republicæ Christianæ, hinc est ex justa causa possit unicuique membro applicare id quod alterius membri proprium est, juxta utriusque membri necessitatem, opulentiam, vel inopiam; absque eo quod offendatur jus Tertii, nec distributiva justitia: ut optime ex Driedonio de libertate Christi lib. 1. pag. 206. & 209. notavit Covarr. d. c. 6. n. 7. verficulo sic hirsconsultus.

52. Nec quidquam obest jus Tertii lædi: nam eo ipso jus Tertii læsum censetur: ut declaravit Rota in Laurentiana iurisdictio 20. Junii 1616. coram Sacro, exemplo loci erecti in Cathedralē, in quo Archidiaconus habebat jurisdictionem, quæ ab ipso auferretur & applicatur Episcopo, quamvis alias erectio investigatur sine præjudicio Tertii; quia intelligitur in his que ex natura rei non præjudicant: ut pluribus Rotæ decis. tradit Gratianus discept. 448. ex n. 8. usque ad 17. & præjudicium privati non attenditur stante causa publica: Peregrin. de fideicom. art. 52. num. 117. plura tradit Castillo lib. 3. controver. cap. 28. a. num. 2. & D. Joan. Franc. del Castillo dec. 217. a. n. 12. Cujus rei ratio aptè deducitur ex potestate independenti, quam Romanus Pontifex habet erigendi & mutandi Ecclesiæ Cathedralē, quæ cum ab ipsius pendeat voluntate, conquiri non potest Ecclesiæ particulari: à qua facta fuit dismembratio: quia Pontifex utitur jure suo: ut in terminis Papæ, qui concurrens cum Ordinario contulit beneficium ad Ordinarii provisionem spectans, tradunt plures quos sequitur Cenedo q. 26. ex n. 4. Gonzalez Reg. S. Cancell. §. 1. proem. ex n. 41. & in aufferendo alicui suum beneficium, ante dixerat Cenedo q. 2. n. 2. ubi latè Gonzalez d. §. 1. ex n. 35. propter quam potestatem supremam & independentiam, atq; ex eadem ratione, eandem sequutus fuit Sententiam in Episcopatu circa facultatem novas erigendi Parochias, vel Collegiatis, etiam relictante Rectore, vel maiori parte Capituli, Barbof. in Passor. allegat. 68. n. 4. Imò ex eadem ratione, licet Patrono jus conservandi Capellam, five quodcumque aliud sui beneficii Patronatus jus comparat, tamen iusta existente causa, ejus contradictio non attenditur: ut latè tradit Lotter d. Frances de Eccl. Cathedr.

tra. de re benef. lib. 1. q. 11. n. 66. & per text. in c. Et temporis, 7. q. 1. tenet Gambatus de offic. Legat. lib. 2. n. 168. Et ideo Canones assensum Episcopi postulantē in erectione novatum Cathedralium de Urbanitate, non de necessitate interpretandi sunt: ut post Gloss. in c. Sep. dist. 10. ubi Archid. & in Can. In multis Conciliis, 16. q. 1. observat Solorz. de Indiarum hære, d. lib. 3. c. 5. n. 17. Atque ideo regulariter licet hoc possit Romanus Pontifex, tamen non soler absque causa, & sine consensu illorum à quibus distinebrantur, vel separantur, talia facere; ut per plures citatos ab eodem Solorz. supra, n. 16. & 17. & in Politica Indiarum, lib. 4. c. 5. vers. T. dixit con advertentia, licet nec etiam antiquitus sine consensu Metropolitanorum non licebat ceteris viciibus Episcopos habere; ut notavit Thom. Boz. de signis Ecclesiæ, lib. 18. c. 2. §. 80. vers. Præter Barnabam, circa finem.

53. Nec obstat quod alteratur Ecclesiæ Universalis status, 62. unde exigitur ut causa aliis innoteat; quod de mente Innocentii esse videtur in c. Quanto, n. 5. vers. Si tamen Papa, de Consecr. Mihi tamen hæc oppositio ridicula videtur; nam hoc ad regimen Ecclesiæ Universalis spectat, non ad alterationem status Ecclesiæ Universalis, sicut unius omnium Ecclesiarum ad modum unius, vel alienatio omnium bonorum Ecclesiæ, si fieret: aliud enim est removere Ordinem Episcopatus ab Ecclesiæ, aliud bona unius Episcopatus duobus dividere: Primum ad universum Ecclesiæ statum pertinet, secundum verò ad unius particularis commodum: ut optime ratiocinatur Lotter. nostro opinionis acerrimus defensor, & contrarie validissimus oppuginator d. q. 11. ex n. 3. quem sequitur Barbof. ad text. in d. c. Lege, dist. 10. n. 8.

54. Nec si opinio contraria vera esset, posset unum modo prædicari. Supponamus igitur quod novus Episcopatus erigeretur relicto illo cuius Diocesis fecatur; ad quem ibi appellatio: quis cognosceret de mente Romani Pontificis: quomodo formabitur Processus? Acquirent ergo qui contrarium senserunt, cum veritas obset, & impossibilitas exequendi suam opinionem veritatem nostre confirmet: & licet iniustitia (si ita loqui fas est) fieret à Romano Pontifice in novo Episcopatu erigendo respectu juris alterius, non tamen statim subditus poterit agere contra Legem, quia iniustitia Superioris non tollit legis vinculum, sed ad Superiorem recurrere debet, vel per viam supplicationis, vel per viam appellationis; aliis non licet, si supremus fuerit Princeps; quia ad alium non est recurus: ut tenent Suarez lib. 6. de Legibus cap. 18. n. 20. cum sequentibus; Baili. Pontius de Matrimonio lib. 8. c. 14. n. 6.

55. Nostra etiam opinio pluribus poterat fulciri fundamentis, quæ in principio c. 6. de Causis erigendis novæ Cathedralē res nullimus. Iterum ergo in mentem revocentur, ne repetere absque necessitate videamur. Quibus etiam consonant omne quod scriptum reliquimus de potestate Romani Pontificis in erigendo novas cathedras, veteresque dismembrando absque consilio Cardinalium, quod facere potest, pluribus prohibitionibus non obstantibus; nam omnes respectu necessitatis directive & intrinsecè intelliguntur, non vero coactive; ut scriptum reliquimus: & probat Lotter. ex num. 33. cum Barbof. in d. Collect. num. 8.

56. Nec obstat, quod sicut Beato Petro non licebat aliquem ab Apostolatu deicere sine causa, ita non licet Papæ Episcopum deponere, nec in vitium de una aliam Ecclesiam transferre; ut voluerunt Panorm. & Alcedo, supra: ergo nec Cathedralē dismembrare sine causa licebit, ut ex Panorm. tradit Alcedo in prax. c. 8. n. 47. Nam respondetur causam respicere forum internum Papæ, in quo gravius delinqueret potest, & severius à Deo puniri; non verò forum exterius, in quo nullo modo licet disputare, ut dictum est; & latè probat Selva de benef. 4. par. q. 8. n. 10. Vel melius responderetur negando paritatem nam ex eo quod S. Petrus non potuerit ceteros Apostolos sua dignitate private, non sequitur ad Episcopos respectu Papæ. Ratio est, quia licet S. Apostoli subordinati essent Petro, tamen temporaliter id est pro vita æqualem cum ipso habuerunt potestatem, & ordinatos fuisse à Christo multi voluerunt: ut in principio Capituli primi notavimus, & c. 2. an Ecclesiæ Cathedralē eodem tempore ac Episcopatus fundatæ fuerint: licet

H 2

con-

Excommunicatio Irifiditio non aufertur, sed suspenditur, 106.
 Idem in Sufpenfione procedit, 107.
 Poflulatio & voluntas Principis secularis an requiratur in erectione nove Cathedralis, 108.
 Donare aliquid Principi seculari propter eius intercessionem circa erectionem nove Cathedralis, an fit fimonia, 109.
 Offerre pecuniam pro interceffione non est licitum, 110.
 Offerre pecuniam Petro, & mihi beneficium obtineat, est fimonia, 111.
 Pecuniam accipere pro interceffione in causa fpirituâli, est fimonia, 112. 114.
 Pretium pro labore his cafibus dari potest, & quando fecus, 113.
 Pro Gratia confequenda à Sede Apoftolica dari aliquid vel recipi prohibetur, 115.
 Regis Catholici Hifpaniarum mirabile exemplum, 116.
 Patronus non folum non potest vendere beneficium, verum etiam nec aliciones que ordinantur ad illud confequendum, 117.
 Pecuniam recipiens pro prefentatione, fimoniam committit, 118.
 Honores non debentur Proceribus qui titulos vel officia pecunia emerunt, 119.
 Nobilis non reputatur, qui nobilitatem pecunia emit, 120.
 Doctôr, qui Gradum pretio comparavit, non adipifcitur privilegia Doctôris, 121.
 Idem procedit in quocumque Officio, ibid.
 Eminentis Epifcopatus pecunia, gravi cenfura S. Gregorii Turonensis porcelluntur, 122.
 Vicinus potest compelli ad vendendam domum pro erigenda, vel amplianda nova Cathedrali, 123. & pluribus feqq.
 Ob utilitatem publicam rem fuam quis vendere cogitur, 124.
 Domum vicinam cogitur quis vendere, etiam fi continua non fuerit, 125.
 Locus fit religiofus favore Religionis cum damno ufufufruarii, 126.
 Emphyteuta Ecclefie vendere cogitur domum pro nova Ecclefia edificanda, vel amplianda, 127.
 Idem pro Ecclefia deftruita iterum edificanda, 128.
 Idem pro Capella edificanda, vel amplianda, 129.
 Ecclefia edificata maior favor debetur, quam edificanda, 130.
 Servitutum itineris cogitur quis imponere pro Ecclefia, 131.
 Domus & alia quomodo debeant hoc cafu vendi, 132.
 Venditio coacta, gravis & iniuriofa est, 133.
 Venditio coacta pro Ecclefia edificanda quibus conditionibus compellenda, 134.
 An procedat in bonis fideicommiſſo fubiectis, 135. 139.
 In confervandâ bona in familia favorabile, 136.
 Incommodum parvorum, vel magnum quale fit iudicis arbitrio relinquatur, 137.
 Index omnia ponderare debet in hac irroita venditione, 138. 144.
 Domus familia Nobilis an debeat vendi pro Ecclefia edificanda, 139. 142. & feqq. 189.
 Domus in qua defecerunt Maiores, non alienanda, 140.
 Capella in qua feputi funt Maiores, non alienanda, 141.
 Si exemptione domus, gravis conciperetur iniquitas contra Ecclefiam, non est emenda, 143.
 Ex duobus privilegiatis, potentior debet prevalere, 145.
 Privilegium quale potentius iudicatur, 146.
 Ecclefia quo cafu agat de damno vitando in coacta emptione, 147.
 Privilegiatus agit contra privilegium fi agit de damno vitando, 148.
 Differentia domus familie Nobilis hereditario iure, ab illa que alio pacto seu cafu eidem iungitur, 149.
 Conditiones ex quibus potest quis cogi vendere pro edificanda seu amplianda Ecclefia, 150.
 Pretium quale folvendum in venditione coacta, 151.
 Index tenetur pretium taxare, 152.
 Necessitas qualis debet eſſe pro ifta coacta venditione, 153.
 Diftantia qualis debet eſſe pro ifta coacta venditione, 154.

Non officit quod fit media via inter domum, & Ecclefiam, 155.
 Preinducium vendentis & Commodum ementis, quomodo confideranda, 156.
 Iudicis arbitrio utrumque relinquitur, 157.
 Domus ab irroita empta pro uno fine, pro alio defervire non debet, 158.
 Domus tributaria potest emi pro Ecclefia edificanda, 160.
 Etiam Domus Communis, 161.
 Pro quacumque parte Ecclefia, five Monasterii, amplianda vel edificanda, compellitur vicinus domum vendere, 162.
 Dummodo ex his fit qua immunitate gaudeat, 156.
 Servitutum alius non tollendi vendere tenetur vicinus, & alias, 163. 195.
 Idem procedit pro platea facienda ante fores Ecclefie, 164.
 Via publica directo tendente ad Ecclefiam, 164.
 Privilegium potest dari ut domum quis non possit cogi vendere pro Ecclefia edificanda vel amplianda, 165.
 Conditiones fuprapofite, quare fervanda in venditione coacta, 166.
 Damnum fecundarium non attenditur in venditione coacta, 167.
 Ecclefia emens pro aliis non gaudet hoc privilegio, 168.
 Emptio non debet fieri ab Ecclefia in emulationem, 169.
 Quando prefumatur in emulationem facta, ibid. & feq.
 Privilegium emendi ab irroita intelligitur non folum in causa neceſſaria, fed etiam in utili, 170.
 An idem procedat in emptione partis domus, 171.
 Partem domus quo cafu cogatur dominus, & quibus conditionibus vendere Ecclefie, ibid. & 172. & 180.
 Una Ecclefia an cogatur vendere domum pro alia edificanda, 173. cum feqq.
 Privilegiatus contra privilegium an poſſit uti privilegio, 174.
 Monasteria non expedit eſſe continua, 175.
 In patronatus quo cafu cogatur Patronus vendere, & Capellam pro Ecclefia edificanda seu amplianda, 176.
 Capella hâris patronatus vendita pro amplianda Ecclefia, alia eiusdem qualitatis Patrono fubroganda eſt, 177.
 Parvum commodum accipiente Ecclefia ex coacta venditione, fi magnum damnum venditor recipiat, non cogitur vendere, 178.
 Domus Ecclefia non potest capi, exiſtente domo ſeculari, 180.
 Actio ſubſidiaria quo cafu intret, 181.
 Domus una non potest capi, fi alia fuerit vicinior, 182.
 In concurſu duarum Eccleſiarum volentium edificare, que preferenda, 183.
 Magis privilegiatus preſertur inter duos eiusdem ordinis, 184.
 Qui gratiam obtinuit à Principe, inter duos, debet precedere, 185.
 Edificium incommodum afferens monasterio Monialium non eſt faciendum, 186.
 Dominus volens edificare pro alia Ecclefia preſertur, 187.
 Terminus debet assignari pro edificio faciendâ, 188.
 Domum que conferat ad nobilitatem familie nobiliffime, an vendere cogatur poſſeſſor pro Ecclefia edificanda vel amplianda, 189.
 Hereditas patris non vendenda, 190.
 A ſententia venditionis domus pro edificanda vel amplianda Ecclefia, an datur appellatio ſuſpenſiva, 191.
 In expellendo vicinum propter ſtrepitum ratione privilegii doctôris, infirmi, vel aliorum, non datur appellatio ſuſpenſiva, 192.
 A decreto reparationis Ecclefie non datur appellatio ſuſpenſiva, 193.
 Privilegium hoc emendi domum pro Ecclefia valet abſque Principis decreto, 194.
 Privilegium emendi domum pro Ecclefia edificanda & amplianda, intelligitur pro omnibus partibus illius que immunitate gaudent, non vero extraneorum ab Ecclefia, 196.
 Pro hoſpicio Religioſorum non cogitur vicinus vendere domum, ſicut pro monasterio, 197.
 Ex domo vendita an debeat Landamium, 198.

Vidi-

1 Vidimus causas erigendi novas Cathedrales, veteresque uniendo: tractemus nunc utrum talis erectio seu unio stante legitima causa, abſque conſenſu alicujus fieri poſſit? In qua questione, ut punctum ejus attingere valeamus, ſupponendum eſt, quod diſcretus hec nequit procedere quando Ecclefia Cathedralis erigitur in Terris que antea erant Infidelium, & per novam conversionem ad unitatem Ecclefie pervenerunt: nam cum ex ad nullius Epifcopi jurisdictionem ſpectaret, nullius conſenſum requiri neceſſarium etiam eſt conſiderari. Et ita tantum procedere potest queſtio in cafu quo vel una Ecclefia alteri uniatur, vel ex uno Epifcopatu, duo vel plures efficiantur. Quare in memoria operæ pretium eſt revocare, quod Cathedralium erectio tantum ad Romanum Pontificem ſpectat, ut ſapè probavimus: unde de poteſtate abſoluta nullius conſenſum requiri fatendum eſt ex latè traditis ſup. c. 3. cum de Cathedralium erectione tractavimus, diſputantes an conſilium vel conſenſus Cardinalium requireretur. De poteſtate verò ordinaria, etiam valere credo: & adductis ſup. cap. 6. de Causis erectionis novarum Cathedralium. Quare ſive conſentiant illi in cuius præjudicium veritur nova Cathedralis erectio, ſive non, ſtante legitima & vera causa, ſemper credo poſſe fieri. Idque ſuadetur in primis ex tex. in cap. Ad diſcretiam, el primero, 3 de Eccl. edific. ubi expreſſe cavetur ex causa difficultatis conveniendi Parochianos in Ecclefia, & abundantia reddituum, poſſe erigi novam Parochiam, etiam relucente Rectore, ut patet ibi: Si vero perſona Matris Ecclefie Veram idoneam preſentare diſtulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & Virum bonum, appellacionis ceſſante diſſuſio, inſtituere non omittas. Cujus Decretalis diſpoſitio renovatur à Concilio Tridentino ſeſſ. 21. de reform. cap. 4. & per iſtorum jurium decreta proſequitur latè Salgado de protecl. Regia, p. 3. c. 5. ex num. 31.

4 Secundo probatur ex tex. in can. precipimus, 53. in ordine, 16. q. 1. ubi ex rigore Juris, quando multitudine Fidelium excrevit, ordinari Epifcopos precipitur à Gregorio Junio: ergo ſtante hac legitima causa, contradiclio illius, in cuius præjudicium fit, nihil operabitur.

5 Tertio probatur, nam ſi ejus conſenſus pro forma requireretur, itau eo non accedente, erectio non ſubſisteret; non à voluntate Papæ, ſed à voluntate ipſius contradicentis penderet nova Cathedralis erectio; & in illo cafu individuo æqualis Romano Pontifici poteſtas ei tribueretur (quod dici non poſſet) ſiquid nunquam neceſſitatis novarum Cathedralium ficquid dicitur, cum homines potius intereſſe proprium reſpicerent, quam bonum commune; ideoque juſtè in huius ſupra allegatis ex rigore procedi mandatur, cum illorum contradiclio in hoc cafu attendi non debeat.

6 Quarto, ſtante legitima causa non poſſet contradiclio erectio, quo cafu idem operatur obligatio ad conſenſum quod idem conſenſus operaretur: ad quod eſt optima decif. Caroli 7 de Tapia 20. n. 20. ubi reſolvitur citationem in Principe ſupremo non requiri, quando citatus non poterat contradicere, quia adera juſta causa: Quotieſcumque enim quis tenetur ad pecuniam dandam, pura quæ proximus eſt in extrema neceſſitate, quo cafu licitum eſt ei propria auctoritate ſibi ad neceſſitatis ſubveniendum ſumere, ea ratione quia dives ille non eſt rationabiliter invitus, cum conſentiat, vel conſentire debet: ut latè tradit Gutierrez Can. qu. c. 38. n. 18. & 19. ergo idem operatur obligatio conſentienti, atque ipſemet conſenſus. Ex eadem ratione potest filius familias, uxor, Religioſus, & ſimiles dare elemoſynas, vel alias diſponere de bonis paternis, mariti, vel Religionis quotieſcumque Patet, maritus, ſive Religioſus ſunt irrationabiliter invitati, & omne jus quod illi Domini habebant, ad ſubditos devolvitur: quod in fortiori terminis procedit, ut per plures quos ſequitur Sanchez in præcepta Decalogi, t. 2. lib. 7. c. 19. n. 54. Mendoza in quodlib. q. 8. concl. ultima, Diana reſol. mor. p. 5. tract. 12. reſol. 31. verſ. Dico tertio.

10 Quinto, ad eſt bona text. in c. Nos quidem 3. de teſtibus, ubi eſt legitima causa, propter quam Monasterium non poſtuit edificari in loco in quo mandavit teſtator, potest alibi

edificari ubi placuerit Ordinario, non obſtante diſpoſitione teſtatoris; ergo pari modo contradicente Rectore, ſeparatio, seu diſmembratio fieri potest.

Sexto, quia beneplacitum Papæ in hac nova erectione, 11 deſervit loco omnium ſolemnitatum quæ per eum ſupplentur, cum moderamine tradito à Card. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 2. 5. tit. 6. n. 67. de quo vide: Gratian. cum pluribus diſcept. 473. n. 18. quidquid ſecus eſſet in Epifcopo in quo procedit diſtinctio, ut in cafibus in quibus licet ipſi duas Eccleſias unire, non valeat id efficere contradicente Rectore; de quo latè Gratian. ubi proxime per totam diſcept. 13 præcipue ex n. 14.

Septimo, quia ita deciditur in Clemen. 2. quia contingit, 14 de Religioſis domibus, ubi præ Christianorum largitiones ad unum uſum deſtinatae, in alium converti prohibentur, ſalva tamen Sedis Apoftolicæ auctoritate; ergo ſtante legitima causa perimititur, etiam relucente Parte, ut probatur in c. impleviſti, de offic. Ordin. ut optime ſtatuitur in Concilio Trident. ſeſſ. 22. c. 6. Et circa materiam dictæ Clementine, videnti ſunt Fatinacci dec. 544. num. 3. p. 2. Pereira dec. 57. Belluga in ſpeculo Principum, rubr. 17. n. 20. Covar. lib. 3. variarum, c. 6. n. 1. Gratian. diſcept. 458. n. 9. Pinel. in rub. C. de reſcind. vendit. p. 1. c. 2. n. 20. Svelues conſil. 5. per totum, in centuria.

Ex quibus in Conc. Trid. ſeſſ. 21. de reform. cap. 4. præcipitur, invitis Rectoſibus, novam erigi ab Ordinario Parochialem, quotieſcumque adminiſtratio expoſuisset, vel alia causa ibi explicata; ut declaravit Rota quam ſequitur Barboſ. in Collect. ad d. c. n. 12. ergo multo magis procedit in ſupremo Ecclefie Paſtore, à quo tota poteſtas dimanat.

Quare hanc opinionem, quam veriffimum iudico, ſequuti ſunt Gloſſ. in can. In novo, verbo ragaverunt. 21. diſt. Lotter. de re benef. lib. 1. cap. 11. n. 29. cum feqq. Barboſ. in Paſtor. alleg. 26. n. 1. Solorz. de Ind. l. re, lib. 3. c. 5. n. 16. & 17.

Ex dictis de facili interpretatur tex. in c. Vacante 26. de 17 preb. cujus decifio ponderabatur à Doctôris pro Contraſta parte: ubi ſecio beneficiorum permutatio eſt rationabili causa, qua exiſtente, contradiclio non obſtat; quia ſtante legitima causa licet quod alias prohibitum erat: ut in iſtis terminis voluerunt Garcia de benef. 12. p. c. 5. n. 3. & DD. communiter.

Venit ſimiliter ex dictis interpretanda Concilii Turonenſis 4. diſpoſitio, cujus littera referunt in cap. Maioribus 8. cap. Tunc 20. c. Dilecto 25. cap. Vacante 26. cap. Causam 36. c. Avaritia 10. de prebend. cum aliis, in quibus omnis diſmembratio prohibetur: Nam præterquam quod huius Concilii Acta non reperiuntur in Compilatione Conciliorum, in qua tantum tria reperiuntur celebrata Anno 1461. 1570. 1163. ut videre eſt r. 1. fol. 414. & 817. & tom. 3. fol. 682. Aliud celebratum Anno 1163. ſub Alex. III. non reſertur in illa Compilatione, quia ejus Acta comprehenduntur in Concilio Lateranenſi 4. ſub eodem Alex. Anno 1180. & reperiuntur in 1. fol. 82. ubi lib. 3. c. 4. illius Concilii, incipit, Maioribus, fol. 169. Sed reperiuntur huius Concilii diſpoſitio apud Baron. Annal. lib. 2. ſub Anno 1163. ubi verba referuntur huius Decreti, quæ Mendofa reperiit in Decretalis Novæ Ant. Auguſt. in not. ad Collect. Decret. lib. 3. tit. de Preben. cap. 10. Verum hoc relicto, ejus diſpoſitio intelligitur juſta causa non interveniente per tex. in cap. Vacante 16. de prebend. Garcia de benef. 12. p. cap. 4. n. 3. Vel ſi malueris, reſpondere poteris, prohibitionem illam reſpicere non diſtinctionem Epifcopatum, ad hoc ut duobus vel pluribus provideatur; ſed ad hoc ut dum integri manent, duobus non provideatur: cap. Maioribus, de prebend. c. Quoniam in plebifque, de offic. iudic. Ordin. Cald. Pereira de Emption. & vendit. cap. 26. num. 22.

Hæc autem doctrina etiam in Epifcopo procedit, qui 22 ſtante legitima causa in cafibus in quibus licet, ipſi unionem facere, potest etiam invito Rectore, Clero, vel Collegio: Joan. de Lignano in Clem. Si una, verbo exiſti, de reb. Eccl. Petr. de Perul. in Tractat. de union. cap. 5. n. 15. que ſi neceſſaria fuerit, indubitanter juris eſt: per ea que in puncto tradunt communiter Doctôres; ut in Commutatione, 23

H

videre

122 Unde actione sua nunquam satis laudata Invisissimus nosse Princeps laudandus & extollendus venit S. Gregorii Turonensis elegantissimo dicto, qui lib. 6. cap. 39. loquens in his terminis de Episcopatu Bituricensi ita scribit: *Post hæc Sulpitius in ipsa urbe ad Sacerdotium, Gumberto Rege favente, præcogitavit: nam cum multi munera offerrent, hæc Rex Episcopatum querentibus respondisse fertur: Non est Principatus nostri consuetudo Sacerdotium venditare sub pretio, sed nec quem vestrum cum pecuniis comparare, ne & nos turpis lucris infamia notet, & vos Mago Simoni compararemini.*

123 An verò pro ædificanda sive amplianda nova Cathedrali possit Ecclesia vicinos compellere ad vendendas domos, sive alium situm? quæstio est principalis huius Capituli: quam affirmativè resolvendam esse censeo; cum certum sit, ob utilitatem publicam debere quis cogi ad rem suam vendendam: l. stem si verberatum, §. ult. ff. de rei vendic. cum aliis statim citandis: per Covarr. lib. 3. ver. c. 14. n. 8. dicentem, omnium consensu esse receptam sententiam, & Judicem in iudicando bene facere eam sequendo: de plurimis citatis Valenz. conf. 18. n. 1. & 2. Ant. Gomez 10. 2. var. in c. 2. n. 51. Bobad. innumeris referens in pol. lib. 3. c. 8. n. 26. ubi idem dicit procedere pro ampliatione Ecclesie, vel operis publici: Barb. in votis dec. lib. 3. voto 102. n. 41. apud quos omnes Doctores invenies: & faciunt plura, quæ in fortioribus terminis docet Gonzal. glof. 5. §. 7. à n. 67. & 92. quæ doctrina procedit etiam si domus continua non fuerit Ecclesie, sed via publica adfuerit media: Rota dec. 213. n. 5. in recen. Farin. p. 3. Giurba cum pluribus dec. 86. n. 3. & 7. & pluribus aliis in disquis. allegandis, l. locum, ff. de usufruct. ubi Religiois favore absque usufructuarii consensu, imò cum damno, locus potest religiosus fieri: l. 2. §. Si usufructum, iuncto §. Locum, ff. de relig. & sumpt. funer. & ita scriptis declaravit Rota in Neapol. Monast. 29. Aprilis 1602. coram Lancelloto, & in Romana preterea demolitionis domus, 29. Feb. 1608. coram Manzanedo, quæ est dec. Farin. in recen. 213. p. 3. & alius, ut per Gratian. discept. 742. n. 20. Duran. dec. 47. n. 2. & 3. latè Franc. Leo in dec. Valentinis, dec. 90. ex n. 9. cum seqq. ubi n. 13. innumerata referat; & n. 22. ab omnibus ferè receptam esse conclusionem affirmat: quam non solum procedit in quacunque re, verum etiam in Emphyteuticis alicuius Ecclesie, firmarunt Franc. Marcus dec. 535. & hæc esse veram opinionem dicit Covar. d. c. 14. n. 48. per text. in c. Apostolica, de donat. ubi Inno. solu. 2. quod tam respectu Ecclesie ædificatæ, quam ædificandæ, procedere certissimum est: iuxta tradita per Rotam in recen. Farin. p. 3. dec. 213. n. 5. Valenz. cum pluribus conf. 18. n. 28. 10. imò respectu Ecclesie destruatæ quam volunt reedificare, tenent Franc. Marc. dec. 534. n. 5. p. 1. Giurba dec. 86. n. 7. imò & pro Capella ædificanda vel amplianda potest cogi Dominus ad vendendam domum; Valenz. conf. 18. per totum, præcipuè n. 84. quem omnino videas, quia latissimè pertinet materia: licet duabus concurreribus pro emptione, preferenda sit ædificanda, quia magis fatetur Ecclesie ædificanda, quam ædificatæ arg. text. in c. fin. de rescrip. Clemen. fin. eod. tit. Franc. Marc. dec. 535. n. 4. l. si quis sepulchrum, ff. eodem: ubi non solum cogitur vendere, verum etiam servitatem itineris per suum agrum constituere, quando alia via ad Sepulchrum ire non licet: de quo plura vide apud Valenz. ex n. 3. usque ad 12.

132 Hoc privilegium tamquam nullum extraordinarium, non dat actionem, sed tantum officii Judicis implorationem, qui multum stricte debet procedere inspecta necessitate, & cum grano salis illud debet impartiri; ut latè declaravit Rota in Romana Palatii de Comitibus, 16. Januarii 1612. coram Sacro, teste Gratian. supra, n. 25. & 26. quæ est dec. 372. p. 1. recen. Farin. & dec. 676. n. 2. p. 1. recen. quia venditio inventa, gravis & iniuriosa est: Valenz. conf. 18. num. 40. Barb. d. voto 102. num. 48.

133 Sequitur etiam, hæc non procedere conclusionem, ubi venditio fiet cum magno incommodo vendentis, & parvo commodo Ecclesie ædificantis: ut eadem declaravit Rota in Iamern. domum 15. Maii 1615. coram eodem Manzanedo, quæ est dec. 676. p. 1. recen. Farin. per text. in l. 1. §. sunt qui putant, ff. ne quid in loco publico: Gratian. discept.

896. ex n. 6. cum seqq. & n. 19. aliis enim illic bona alienari possent: quod maximum esset absurdum, præcipuè in bonis fideicommissis subjectis: ut nota vit Molina de Hsp. primog. lib. 4. c. 3. n. 4. & ita facillimè contradiponendum voluntatem alienentur; in Reipublica & boni communis damnum & perniciem; cum causa conservanda bona familia, favorabilis sit: ut idem Molina satis probat ut sup. quem sequitur Franc. Leo dec. 90. n. 2. & 3. Hoc autem incommodum quale debet esse? Judicis arbitrio relinquatur; l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. funer. Theaurus 9. 46. n. 9. Giurba d. dec. 86. n. 50. qui omnibus ponderatis circumstantiis, iudicare debet: Morla in emporio Iur. 1. p. tit. 9. q. 1. n. 7.

Magis autem doctrina procedit, si domus quæ petitur, fuerit ipsa nobilis familie principalis, in qua habitaverunt & majoratus institutos, & ipse possessor, à quo vendenda petitur: optimus text. in l. lex que, vers. nec vero domum, ff. de admin. tutor. ibi, nec vero domum vendere liceat in qua defecit pater, minor crevit, in qua Maioratus imagines aut non viderentur, aut revulsas viderent, satis est lugubre. l. si in emptione 35. ff. de minor. Molina lib. 1. cap. 18. in princ. Leo sup. n. 5. Et in Capella idem procedere respectu alterius partis Ecclesie, Valenz. conf. 18. n. 2. Barb. d. voto 102. n. 46.

Et licet in hac limitatione, contraria fuerit Rota apud Farin. in recen. superius citatis, à decisione Valentina, Franc. Leonis 90. tamen mihi credo procedere Rotæ, & granu salis à Gratiano ponderatum intelligendum esse eo modo, quod ibi ponderatur: ita ut si necessitas non valde cogat, familiam valde nobilissimam non esse cogendam ad demolendam domum, præcipuè principalem maioratus; alias enim ex quacunque causa diruerentur familie domus principales, quæ non possessores, & eorum successores, gravem perciperent iacturam, & conciperent multas simulas adversus Ecclesiam, seu Religionem, quæ domos illas retinerent, ita ut multo magis perderet ex hoc, quam lucrarentur ex edificio: quod bene ponderavit Rota d. dec. 676. n. 2. & seqq. p. 2.

Et esse intelligendam prædictam doctrinam non in qualibet familia Nobili, sed occurrente insigni & extraordinaria nobilitate, qualitate ædificii, & aliis requisitis, de quibus Rota in dist. decis. Romana Palatii de Comitibus, quæ est 372. p. 1. recen. quam sequitur d. dec. 676. n. 8. p. recen.

Nec obstat ex duobus privilegiatis potiorè semper prevalere, & privilegium minus cedere majori; l. verum, §. ubi v. plane, l. si apud minorem, ff. de min. & potentius iudicatur privilegium, in quo major utilitas versatur: ut cõsideravit Leo d. dec. 90. ex n. 24. quæ favore Ecclesie tanquàm maior considerari debet: Quia respondetur ex his, quæ eadem ponderavit Decisio n. 28. ibi: Item quodammodo dicta Domus possessa Societatis Iesu agit de damno vitando, cum non aliter possit Ecclesiam perficere iuxta modellum quo capti sunt, quæ verba latè explicant motum contrarium decisionibus Rotæ, ita ut si alio pacto subveniri possit, non debeant demoliri domus: quam etiam distinctionem, ut privilegiatus possit contra privilegiatū ut privilegio, quado agat de damno vitando; amplexa est Rota apud Duran. dec. 402. n. 16. & 18. Ludovill. dec. 473. n. 13. & 14. Pèna dec. 606. n. 7. in collectis à Fraces.

Uterius in dec. 372. p. 1. recen. Farin. domus de qua ibi agebatur, hereditaria & antiquissima erat in familia de Comitibus domus verò Valencina in dec. 90. Leonis, non erat de familia de los Carros, sed per hereditatem Laudoniæ Burgarum eorum matris, ad ipsorum manus pervenerat: ut ibi firmatur num. 31. Ex quo satis liquet non esse contrarium.

Ex quibus jam liquet, quibus conditionibus liceat domū à privatis accipere pro constructione Ecclesie, vel Monasterii. Prima est, ut iustum solvatur pretium; Covar. d. lib. 3. var. c. 14. n. 1. Secunda, quod ad necessitates Tertii, cõtingit domus requiritur. Quarta, quod ex tali venditione non magnum præjudicium vicini sequatur. Farin. d. dec. 676. n. 2.

Quoad solutionem iusti pretii omnino conveniunt: l. venditor, §. si constat, ff. comm. prædio l. fin. ad legem Juliam de Annon. l. 2. c. quib. ex caus. servi pro præm. liber. iuxta l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. funer. Giurba d. dec. 86. n. 11. Morla supra n. 8. Sed an sit dandum pretium ab aliis oblatum? distinguendum est: aut sumus in illo, cui lex mandavit po-

potius uni quàm alteri vendere; & tunc quod illis oblatum est, pretium dandum est: aut sumus in illo qui simpliciter tenetur vendere, & tunc sufficit dare iustum pretium: ita distinguunt Gratian. discept. 199. n. 2. Giurba supra n. 12. alias enim iniuria fieret domino; quæ, solutione legitime facta, tollitur: ut latè consideravit Franc. Leo dec. Valentina 90. ex n. 29. cum seqq. usque in finem: ad Judicem enim spectat taxare pretium habito respectu ad qualitates & circumstantias venditionis, ne venditor damnus in iustè pariat: Fontan. de pact. nup. glof. 1. p. 3. n. fin. latè cum pluribus Giurba dec. 86. n. 10.

153 Circa Secundam, quod adfit necessitas: non sufficit quacunque, sed talis requiritur quæ ad necessariam dilatationem Ecclesie, seu Monasterii, vel partis considerabilis conducit: ut optimè consideravit Rota d. dec. 676. num. 3.

154 Circa Tertiam, quoad contiguitatem, certum est non licere liberè domos pro voluntate ædificantium Ecclesiam, eligere, sed eas debere accipere quæ viciniores sunt: iuxta ea quæ æquissimè consideravit Rota d. dec. 676. ex n. 4. usque ad 7. & d. dec. 213. n. fin. p. 3. eisdem Farin. Fontan. de pact. nup. glof. 1. p. 3. n. 120. Quæ doctrina procedit, etiam si adfit media via inter domum quæ necessaria est, & Ecclesiam; ut supra notavimus; & probant Vinc. de Franc. dec. 223. n. 4. Rota apud Farin. p. 3. recen. dec. 213. n. 5. Et in hoc observandum est, procedere humilissimo privilegii etiam si inter domum & Ecclesiam existat media via: iuxta tradita per Padillam in l. alius, num. 19. vers. neque laris, c. de servit. & aqua: Vincent. de Franc. dec. 223. n. 3. quos sequitur Rota dec. 213. num. 5. p. 1. recen. Farin.

156 Quoad ultimam, quod ex tali venditione non magnum sequatur præjudicium vendenti, & considerabile sit commodum respectu ementis, ad secundam necessitatis reducit: & probatur ex text. in d. l. si quis sepulchrum, vers. ff. Preses, ff. de relig. & sumpt. funer. l. 1. §. Sunt qui putant, ff. ne quid in loco publico, si enim ista concurrant, cogendi sunt vendere: sin minus, nequaquam: ita distinguunt Rota d. dec. 372. & 676. n. 7. Fontan. sup. d. n. 120. Barb. d. p. 3. voto 102. ex n. 46. Gratian. discept. 896. n. 7. Valenz. d. conf. 18. n. 7. & 132. Giurba dec. 86. n. 10. ubi hoc Judicis arbitrio relinquendum esse ait: Morla in Emporio. p. 1. tit. 9. q. 1. n. 7. latissimè Gaspard. de Hermosilla ad Greg. Lopez glof. 1. l. 3. tit. 5. p. 5. n. 50. Ant. Gomez. in d. l. 46. Tauri, n. 9. per text. in l. 1. §. sunt autem qui putant ff. ne quid in summo publico.

158 Insuper & etiam, si domus quæ emitur, pro uno fine ematur; v. g. si murus vicini pro Ecclesia sumatur, non potest ibi alius tollere, quod vicini illius luminibus offendiatur: quia pro alio fine non debet deservire: quod latè profertur Stephan. Gratian. discept. 896. per totam, Barb. d. voto 102. n. 48. Sed de hoc statim.

159 Sequitur etiam, supradictam solutionem procedere, etiam si domus fuerit fideicommissio subiecta: nam potest pro Ecclesia ædificanda sumi, Leon. d. dec. 90. num. Fontan. de pact. nup. glof. 1. p. 3. n. 120. vel tributaria: ut latè cum pluribus idem Fontan. de pact. nup. claus. 4. glof. 12. ex n. 26. cum seqq. etiam Ecclesie; quia hæc est alienatio necessaria, & potest de pretio compensari damnum, si quod illarum est, ita ut nulla fiat iniuria; Franc. Marc. d. dec. 535. 161 n. 6. & 7. vel communis: quo casu focius invitus alteri fociosificare volenti vendente cogitur; Valenz. d. conf. 18. ex n. 3. & 85.

162 Secundo ampliatur, ut non solum procedat ad ædificandam Ecclesiam, vel Monasterium: verum etiam ad ipsa amplianda, vel ad instauranda seu reedificanda; aut pro Claustro, vel Scholis fabricandis, sive pro Dormitorio extendendo, sive pro Monasterii viridario construendo, vel extendendo, ut in numeris relatis tenet Giurba d. dec. 86. n. 7.

163 Imò quod magis est, etiam vicinus compelli potest ad vendendam his casibus servitorem alicui non tollendi, si luminibus vicinæ Ecclesie offitatur, etiam si via adfit intermedia: Giurba num. 8. ut statim dicemus. Idemque dicendum est, si emptio fiat pro platea ante fores Ecclesie extendenda, vel de novo facienda, vel via publica directa ad portam Ecclesie amplianda: ut in specie est optima dec. Rotæ 213. n. 5.

p. 1. recen. Farin. Gratian. d. discept. 896. n. 27. Quæ doctrina limitatur, quotiescumque adeit privilegium ab habente poestatem, ut domus, vel alie res capi non possint pro ædificanda Ecclesia, cui standum est, non obstante privilegio Ecclesie; ut bene notavit Grat. discept. 742. n. 21. Valenz. conf. 18. ex n. 84. atque præfatæ conditiones ideo servandæ sunt, ne alias via aperiat fraudibus: 166 Gratian. d. discept. 742. n. 27. & disc. 896. n. 8. quod non debet permittire Ecclesia, quæ cultrix est Iustitiæ: c. 1. §. 1. de alien. feud. & ita in terminis Valenz. d. conf. 18. n. 31. & profertur ex n. 37. Et licet Gratian. d. discept. 896. n. 15. existimet hoc damnum debere attendi, licet sit secundarium, quia agitur de iure Tertii: tamè contrarium veritatis existimo, cum hoc esset nimis restringere privilegium Ecclesiarum; quod admittendum non est: atque ideo si Ecclesia non pro se, sed ut aliis complacere, emere velit, non est audienda: Giurba d. dec. 86. n. 9. Franc. Marc. dec. 223. n. 7. Covar. d. c. 14. vers. est & tertius.

Insuper observari debet ne in emulationem fiat emptio, 169 ut omnes fatentur in d. l. alius: quæ non præsumitur quotiescumque principaliter mihi ex emptione contigit lucrum, per text. in l. Proculus, ff. de damn. infest. l. fluminum §. itidem 12. ff. eodem, l. cum eo 9. ff. de servit. urb. an. Alexan. Sperel. dec. 55. num. 4. & DD. communiter: & dixit Rota inter Patres Dominicanos, & Societatis Iesu, supra allegata ibi: ultra quod si aliquod damnum inferretur Patribus Dominicanis, quod vere non inferretur ex prædictis, adduc. non intraret emulatio: & de hoc puncto videndus latè Carolus Maranta Contron. hor. tomo 3. respon. 22. n. 24.

Ex quibus convincitur male Valenz. conf. 18. n. 132. iudicasse, hoc privilegium tantum procedere, quando moraliter est necessarium, non quando utile; auctoritate Covarruvie, qui communiter in hac parte reprobatur. Constat enim ex Communis sententia, quam sequitur Rota in allegatis decisionibus, pro utilitate fabricæ idem faciendum iudicium. Quare ad hoc ut non dicatur in emulatione fieri, sufficit utilitas ædificantis, licet secundario aliis præjudicium fiat, quod non attenditur; nisi constructio alia non fieret: & ideo quælibet levis utilitas sufficit: Maranta dist. respon. 22. n. 24. & 28.

Major verò extat difficultas, an supradicta procedant in emptione partis domus, ita ut Dominus possit compelli ad partem vendendam, relicta sibi restante? Quam sub distinctione resolvendam esse censeo; ut cogi debeat confitio de necessitate & utilitate, si id sine magno incommodo vendentis fieri possit, damnum non solum pretium solvatur rei venditæ, sed etiam æstimatio commoditatis ementis, & damnum quod venienti sequitur: Et ita iudicatum esse Siciliæ refert Giurba supra n. 14. alias secus: ita conciliatur sententia DD. Contrarium asserentium, per text. in l. Iulianus, §. Item Celsus, ff. de action. empt. l. Cum fundus, §. Si fundus, ff. de iure dot. quibus cavetur non posse quem compelli ad vendendum partem rei, sed qui vult emere, tenetur totam rem comparare.

An verò supradicta procedant in venditione bonorum unius Ecclesie pro alia? anceps est quæstio. In qua licet DD. communiter existant, privilegiatum contra privilegiatum uti non posse privilegio, ut supra diximus, de qua Regula videndus cum pluribus Gratian. discept. 896. n. 21. tamen in nostro casu verius est posse compelli: Giurba d. dec. 86. n. 15. Rota d. dec. 676. p. 2. recen. Gratian. supra n. 26. quod procedit etiam si aliquod præjudicium antiquæ Ecclesie sequatur, ob favorem augmenti cultus divini: ad text. in cap. Ad audientiam, de Eccles. adific. Barb. d. voto 102. ex n. 45. Limitanda tamen est, nisi magnum sequeretur incommodum, ut ex vicinitate duorum Monasteriorum sequitur, quæ non convenit esse continua: iuxta D. Bonaventur. tom. 1. opusc. in libello Apolog. q. 7. per totam: de quo latius Rota d. dec. 767. n. 8.

Ex qua doctrina intelligendus venit Valenz. conf. 18. per totum, ubi resolvit non posse compelli Dominum Capellæ ad vendendum suum jus Patronatus pro amplianda Ecclesia: quod intelligendum est dummodo alio pacto subveniri possit; alioquin poterit cogi iuxta supradicta. Casu verò

quo capiat Capella, alia ejusdem bonitatis edificari debet; juxta id quod Rota declaravit in Pampilonen. sepultura: vel casu quo major utilitas sequatur ex Capella, quam ex edificio Ecclesiæ, etiam si fuerit Cathedralis, cogendus non est, ut Valenz. insinuat n. 86. qui loquitur nimis latè in disto consilio; licet doctissimus sit, nondum enim erat Episcopus Salmantinus quando Consilia scripsit. Limitatur etiam quotiescumque ex ampliatione novæ fabricæ parvum commodum sequeretur Ecclesiæ edificanti, magnum verò incommodum Ecclesiæ præstanti patientiam: per text. in l. 1. §. Sumt qui putant. ff. ne quid in loco publico: & pluribus citatis Barbof. d. voto 102. ex n. 46.

179 Insuper & etiam notandum est, talem venditionem partis domus faciendam esse, ita ut illa quæ remanet, non inepta reddatur propter carentiam luminis; præcipuè si fuerit domus vendita alterius Causæ piæ, cui præjudicium generaretur: ut optimè differuit Gratian. d. discept. 896. per totam.

180 Præterea observari debet, quod licet domus Ecclesiæ, pro amplianda alia Ecclesiæ, vel Monasterio, possit capi; tamen hoc intelligendum est, nisi domus secularium adsint: quo casu ille potius sumenda sunt, quam domus Ecclesiæ: ita in terminis declaravit Rota d. dec. 676. n. 4. p. 1. recent. non enim ut ibi notatur, actio subsidiaria contra Ecclesiam intrat, nisi prius intentata actione emptionis situm privatorum, absque eo quod quelibet excusatio difficultatis sit habenda in consideratione: ut ibid. n. 5. plenius continetur: sicut etiam quotiescumque una domus capitur, videndum est an alia fuerit vicinior: si enim alia reperitur vicinior, illa compellenda est: & antequam capiat, alia plus distantis compellenda non est ad venditionem; ita æquitate suadente: ut benè consideravit Rota d. dec. 213. n. fin. p. 1. recent. Farin.

183 Secundo, in concursu duarum Ecclesiarum volentium edificare, præferenda est Ecclesia Parochialis Monasterio, & Ecclesiæ Parochiali Cathedralis: ex ratione adducta à Covar. d. lib. 3. var. c. 14. n. fin. vers. secundo mihi videtur. Nam cum istæ Ecclesiæ moraliter sint necessariæ pro administratione Sacramentorum, & pro cultu divino, qui ordinari ibi celebratur ad Religionis Christianæ eruditionem & ampliationem, magis præferendæ sunt: licet in hoc, contrarium deciderit Leo d. dec. n. 33. quorum contrarietatem ita componendam esse censeo: sed certè absque bona ratione, nam magis privilegiatus præfertur inter duos ejusdem ordinis; Glof. in c. Accusatus, §. sane de heret. in 6. Joan. de Montaigne tract. de autor. num. 7. in 10. vol. Tract. fol. 108. col. 2. cum ergo Cathedralis magis privilegiata sit, præcedere debet; præcipuè cum hoc casu licet æqualitas esset servanda inter duos ejusdem dignitatis, præfertur ille qui gratiam obtinuit à principe l. fin. de Albo scribend. Felin. in rub. de maior. & obed. Natta cum pluribus, conf. 637. n. 5. vol. 3. Boerius de autor. Mag. Confil. n. 17. Bobad. in Polit. lib. 2. c. 16. n. 12. Plura cumulat Menoc. conf. 251. n. 9. Si ergo ut diximus sapè Ecclesiam Cathedralem solus Papa erigere potest, cæteras verò Episcopos, ergo huic præminentia hoc casu deberet, & situs alterius Ecclesiæ, vel domus capi potest, pro ejus edificatione sive ampliatione.

186 Tertio, si ex tali edificio magnum incommodum sequeretur, quod opportuno indigeret remedio; veluti si ex edificio vicinum Monialium Monasterium pateret, inhiberi debet edificans: sive verò fenestras jam apertas fuerunt, sive pavimenta, claudi debent & regulis cooperiri: per text. in c. 1. in fin. prin. de regu. in 6. & pluribus citatis Barbof. d. voto 102. ex n. 49.

187 Quarto limitatur, nisi Dominus à quo emittitur domus, ipse etiam velit edificare pro alia Ecclesiæ: tunc enim Dominus solum potest cogi ad vendendum: quia in pari causa Dominus præfertur omnibus aliis edificare volentibus. l. si cum dotem §. fin. ff. solat. Matr. l. Ex factio, ff. de pecul.

188 Coccinus decis. 1. Quæ limitatio temperatur, ut procedat, spatio temporis assignato Domino ad edificandum, ne via aperiat fraudibus: ut eadem resolvit Rota apud Coccinum præximè citatum. Quæ limitatio in Cathedralibus non habet

locum, cum duæ non possint esse in una Civitate, nisi fortè fuerint unitæ.

Supradicta autem omnia aliqui limitant, casu quo domus illa alicujus fuerit Illustrissimæ familiæ, ad cujus nobilitatem hujusmodi consecrati habitaciones: per text. in l. 1. Cod. de prædus & omnib. reb. Navic. lib. 11. & ea ratione vendi non compelluntur: Farinac. dec. 372. ex n. 4. & dec. 676. n. 8. p. 1. recent. juxta exemplum sacre Paginæ lib. 3. Regum, cap. 21. ubi poscenti Achab Rex, Naboth vineam pro usu proprio; respondit Propitius sit mihi Dominus ne dem hereditatem Patrum meorum tibi. De quo vide plures apud Velasc. de privol. paup. par. 1. q. 4. n. 175. & seq.

Utrùm verò data sententia emptionis alicujus rei pro amplianda Ecclesiæ, detur appellatio suspensiva? videtur quod non: nam si in aliis habentibus idem privilegium, veluti in privilegio quod Doctori competit expellendi de vicina domo fabrum, & in expellendo eum qui infirmum propter strepitum distrahit, ut optimè notavit Gratian. discept. 186. n. 14. Barbof. d. voto 102. n. 86. ubi æquiparat hæc privilegia non datur appellatio, quare daretur in edificatione pro Ecclesiæ? ut notantur Felinus in c. ult. in fine, de Indir. quem sequutus est Gratian. d. n. 14. & 15. Ad quod facit, quod sicut à decreto reparations Ecclesiæ non datur appellatio suspensiva, per decretum Trident. sess. 21. de reform. cap. 7. & plures citatos à Salgado de protecl. Regia, 2. p. c. 8. d. n. 107. & p. 3. §. n. 14. & 15. ita similiter nec à decreto emptionis domus: cum limitationibus superius ponderatis. Ex his deducitur, malè Valenz. conf. 18. n. 132. auctoritate Covar. lib. 3. var. c. 14. n. ult. vers. Tertio, & Leo. dec. Valenz. 90. nu. 8. sensisse hujusmodi privilegium non valere absque Principis superioris decreto: etenim de per se competit ex dispositione Juris: Principis enim decretum tendere potest ad justificationem, non verò ad hoc ut det robur, vel annullet hujusmodi privilegium: & ita communiter in hac materia reprobat doctissimus Covar. ut ex Doctores allegatis satis constat.

Ex resolutione verò hujus questionis alia venit resolvenda: Possè videlicet Ecclesiam obligare vicinum ut servitium altius non tollendi edificium ei vendat: ut supra notavimus n. 163. & latè probant Vinc. de Franch. dec. 223. per totam, Ant. Gomez. in l. 46. Taur. n. 9. Mascard. concl. 621. nu. 9. Padilla in l. Alius, nu. 20. Cod. de servit. & aqua. Cabedo dec. 101. num. 4. & decis. 152. Marius Garba decis. 26. nu. 8. vers. Inò cogi potest: Riccius in dec. Curia Archiep. Neap. dec. 138. n. 5.

Sed & hæc, quæ ita latè à nobis pertractata sunt, intelligenda sunt pro venditione domus ad Ecclesiam edificandam, & ad utilitatem aliorum locorum Ecclesiæ in munitione gaudentium; non verò extraneorum ab Ecclesiæ, & illorum quæ non gaudent hac immunitate, sed tamquam secularia loca habentur; exemplo Hospitii Religiosorum, ad quod edificandum, ampliandum, vel erigendum, secularis non possunt compelli domos suas vendere, sicut nec ad ipsum Monasterium, ut ex Tambur. de lere Abba. tomo 3. disp. 5. q. 2. n. 5. observat Frater meus D. Didacus Ant. Frances de Vrutigoyti nunc Episcopus Barbastrensis, in suo Pastoralis interno, p. 3. voto 6. n. 46.

An verò, casu quo domus ematur pro erigenda, sive amplianda Cathedrali in qua sit dominium utile, quia bona sunt emphyteutica, debentur laudemium, non obstante quod necessaria sit venditio, ad venditorem spectat solvere? affirmativè respondeas: per ea que tradit cum pluribus Fontanella de pact. nuptial. p. 2. claus. 1. p. 2. n. 121. In quibus nullum præjudicium capit venditor: si enim est justum solvi debet pretium, juxta supra notata, totum quod solvi detrahendum est in computatione valoris: ex quibus nulla ratio augmenti cultus divini, nec præjudicium considerari valet.

CAPUT XL

De dubiis quæ suboriri solent post novam Ecclesiæ Cathedralis erectionem.

SVM MARIYM

Ratio Apostolica quando sortiatur effectum, 1.
 Nova Cathedralis quomodo gubernetur, 2. & seq.
 Antiquus Episcopus à quo fuit Ecclesiæ dismembrata, quando gubernet, 3.
 Tandantibus electoribus, ad quem devolvatur electio, 4.
 Gubernium Cathedralium & Diocesis cur conservetur Episcopo antiquo, 5.
 Episcopus qui renuntiavit usquequo conservetur Jurisdictioni, 6.
 Proconsul quare omnia faciat usque ad adventum successoris, 7-21.
 Perceptio fructuum in nova Cathedrali cui incumbat, 8.
 Fructus sui competant facta resignatione, 9. 16.
 Differentia in fructuum perceptione in vacatione per obitum, vel ex causa resignationis, 10.
 Translato Episcopo an possit beneficia conferre, & que? 11.
 Tex. in cap. Si tibi absentis, de præben. in 6. interpretatur, 12.
 Tex. in l. Qui absentis, de acquit. possess. interpretatur, 13.
 Privilegia quando sortiuntur effectum, & quando è contra, 14.
 Scientia privilegii competentis in quo requiratur, 15.
 Resignatione facta Canonici, quando resignans amittat fructus, 16.
 Indices seculares an cognoscere possint cui competant fructus Ecclesiæ Cathedralis noviter erectæ, 17.
 Pape potestas in beneficiis latissima, 18.
 Pape anni potest dare, & alteri asserre, 19.
 Gratia Apostolica perficitur per fiat Pape, 20. 22.
 L. Meminisse, ff. de offic. Proconsulis, interpretatur, 21.
 Gratia officiorum in Principe servitia concernunt, secus in Pape: & quare? 22.
 Casus mortis æquiparatur casui translationis, 23.
 Translati, quoad primam Ecclesiam, dicuntur mortui, 24.
 Translatio operatur extinctionem primi loci, 25.
 Nova Cathedralis & Episcopatus, mortuo primo Episcopo, quomodo gubernari debeat, 26. & seqq. 34. & seqq.
 Si adest Capitulum, ipsum Sede vacante gubernabit, 27.
 Non efformata Diocesi, vel Capitulo deficiente, ad proximum Episcopum spectabit gubernatio & administratio, 28.
 Quid si Sede vacante, Bulla nove erectionis executioni mandetur, 29.
 Tex. in cap. Cum olim, de major. & obed. interpretatur, 30.
 Capitulum Sede vacante confirmat electiones vice Episcopi, 31.
 Capitulum Sede vacante, est necessarius Administrator, 32.
 Episcopus vicinior quare administrat, deficiente Episcopo, & Capitulo, 33.
 Sede vacante Capitula possunt Episcopis alienis concedere licentiam exercendi Pontificalia, 34.
 Canonici, & ceteri Beneficiati Cathedralis nove, à quo collationem accipiunt, 35. & seqq.
 Vno Episcopo remanente in provincia, ipse cum Episcopis vicine provincie gubernat id quod cum aliis gubernare debeat, 36.
 Episcopi consecratio ad quem pertineat, 37.
 Mortuo illo qui consecrare debebat Episcopum, ad quem devolvatur Consecratio, 38.
 Metropolitanus differens per tres menses petitionem Pallii, caret usa Pontificalium, 39.
 Quis eo tempore Metropolitanus vicem gerat, 40.
 Episcopo infirmo, vel inutili factio, quo pacto Ecclesiæ succurrendum, 41.

Vacantis Ecclesiæ defectus suppletur per Episcopum vicinum, 42.
 Collatio Canonice & præbendarum à Capitulo fieri non potest, 43.
 Mortuo primo Episcopo, & Sede vacante efformato Capitulo, quis gubernet donec de successore providatur, 44.
 Sede vacante apud Capitulum manet Jurisdictioni, 45.
 Deficiente Episcopo, & Capitulo, ad Metropolitanum pro collatione recurrendum est, 46.
 Fructus nove Cathedralis non pertinent ad præbendatos usque ad possessionem, 47-49.
 Resignans usquequo faciat fructus suos, 48.
 Archiepiscopus non potest conferre beneficia ad collationem Episcopi spectantia, 50.
 Nec beneficia spectantia ad Episcopum ab hostibus captum, ibid.
 Archiepiscopus habet potestatem in casibus à iure expressis, 51.
 Facta collatione præbendarum nove Cathedralis, an eo ipso constitutum sit Capitulum, 52.
 Ecclesiæ Cathedralis noviter erectæ quibus legibus gubernetur, 53.
 Quid si non fuerit dismembrata, 54.
 Ecclesiæ inferiores, legibus & consuetudinibus Metropolitanæ gubernandæ, 55.
 Beneficia nove Cathedralis an cadant sub reservatione Regule 8. Cancellariæ, 56.
 Gratia expellativa an expiret per novam erectionem Cathedralis; an vero in ea debeant admitti, 57.
 Per gratiam expellativam an rem acquiratur, 58.
 Delegati prime Ecclesiæ, qui per novam erectionem qualitates dignitatis amiserunt, an possint prosegui causam captam, 59.
 Delegationis personalis, & realis, differentia, 60. 62.
 Dignitas succedit Dignitati; Canonici verò Canonico non in omnibus succedit, 61.
 Successor in Canonatu non dicitur successor quoad omnia, 62.
 Delegatio quando reputetur personalis, vel realis, 63.
 Delegatus Pape pro executione erectionis nove Cathedralis, an potest exequi, mortuo Pape, 64.
 Procedit in Gratia facta, non in facienda, 65.
 Aliud est, Papam providere, aliud committere provisionem, 66.
 Executarius necessarii, & voluntarii, differentia, 67.
 Episcopo Excommunicato, vel suspendo, sive ab hostibus capto quid faciendum de commissione ei facta, 68.
 Cathedralis Ecclesiæ noviter omnino creata differentia à Collegiata in Cathedrali erecta, 69.
 Episcopus à quo tempore faciat fructus suos in prima nova Cathedralis erectione, 70.

Erectione facta novi Episcopatus, ejusque Ecclesiæ Cathedralis per summi Pastoris decretum, contigit dubitari de aliquibus difficultatibus, quas in unum congregare commodum fore Lectori facile judicamus; ideò tamquam genuinum hujus materie Caput tractare decrevimus. Ad cujus perfectam cognitionem certissimè supponendum est, Gratias Apostolicas executioni mandatas, suum plenum fortitè effectum, ex communi Doctorum sensu in c. Capitulum sanctæ Crucis, de rescript. c. Præ debitis, de appell. c. Si qualiter, de Cleric. non resid. Bobad. in polit. lib. 1. cap. 1. num. 5. in fine.

Ex quo videbatur non amplius dubitandum esse de hac nova Cathedrali, tamquam si à principio fuisset erecta, & per plures annos talis gubernata: sed cum hæc nove erectiones per dismembrationem ab aliis Episcopatibus, justis existentibus causis, fiant: quomodo gubernandæ sint tam respectu Episcopatus, quam Ecclesiæ, videndum est.

Et quidem respectu Jurisdictionis Episcopi, certissimum est, antiquum Prælatum in cujus antea erat potestatis nova Ecclesiæ, eandem conservare; ex text. in l. meminisse, ff. de offic. Procons. ubi statuitur, Jurisdictionem Proconsulis prorogari usque ad adventum novi successoris, Avila in forma syn.